deus oīpotens: quē trinū in ꝑsonis/et

vnū in substātia deitatis colimus et adorāmus: patrē ingenitū: filiū de patre vnigenitū: spiritū sanctū de vtroq; pcedentē/et in vtroq; pmanentē: sanctā et indiuiduā trinitatē: vnū deū oīpotentē: q̄ quū nō essemus/potēter fecisti nos: et quū pditi fuissemus culpa nr̄a/pietate et bonitate tua mirabiliter recupasti nos: ne sinas nos esse ingratos obsecro tātis bñficijs et indignos tā multis miserationibus. te ōpto cor/supplico et rogo: auge fidez/auge spē/auge charitatē/fac nos p ip̄az gratiā tuā semp in fide stabiles/et in opere efficaces: vt p fidē rectā/et cōdigna fidei opa ad vitā te miserante puenīmus eternaz: vt ibi videntes gloriā tuam sicuti est/adorem⁹ maiestatē tuā: et dicamus pariē quos dignos feceris videre gl'iam tuā: gl'ia p̄ri qui creauit

nos: gl'ia filio q redemit nos: gl'ia spiritui sancto q sanctificauit nos: gl'ia summe et idiuidue trinitati/cuius opa insepabilia sunt: cuius ip̄erū sine fine manet. te decet laus: te decet hymnus: tibi debetur oīs honor: tibi benedictio et claritas/tibi gratiarum actio tibi honor v̄tus et fortitudo deo nostro in secula seculorum. Amen.

¶ Hic conqueritur homo q̄ nō compungitur in contemplatione: et quo angeli quoq; tremunt deum videntes. Ca. xxxiij.

IGnosce dñe/ignosce pie/ignosce et miserere: pce ignorātie mee: et multe impfectiōi mee. noli me tamq̄ temerariū reprobare/q̄ audiā seruus vtinā vel bonus et nō etiaz inutilis: et malus: et ideo valde malus/qui a te oī

Universidad de Deusto
Biblioteca

potentē deū nr̄um/terribilez et nimis
metuendū sine cordis cōtritione/et la
chrimaꝝ fonte/sine reuerentia debita
et tremore laudo/benedico atqz ado-
ro. si enī angeli te adorātes et laudātes
tremunt mira exultatione repleti: ego
peccator dū tibi assisto laudes dico. sa-
crificiū offero: cur nō corde paueo vul
tu palleo/labijs tremo/toto corpore i-
horresco: sicqz abortis lachrimis corā
te īdesinent̄ lugeo? volo/sed nō valeo:
qr nequeo qd̄ desidero. hinc enī mecuz
vehement̄ admiror. duz te nimis terri
bilē oculis fidei cerno. Sz qs hoc sine
ope gr̄e tue? vniuersa enī salus nostra/
magna mis̄icordia tua/miseꝝ me: quo
niaz sic insensata facta est aīa mea/vt
nō terreatur terro renimio dū stat an
te deū/et suas illi laudes decātat? mise
rū me qūo sic induruit cor meū: vt ocu

li mei indesinent̄ non ꝓducāt flumina
lachrimaꝝ dū cōseruus sermocinatur
corā dn̄o suo: homo cum deo: creatura
cū creatore: q̄ factꝰ est ex limo/cuz eo q̄
oīa fecit ex nihilo. ecce dn̄e pone me an
te te: et quid in sctīs de me sentio/fra-
ternis auribus nō taceo: tu diues ī mi
sericordia/et largus in p̄mijs. da mihi
de bonis tuis/vt ex eis seruiā tibi non
enī aliunde possumꝰ seruire/neqz tibi
placere nisi d̄ tuo munere: confige q̄so
timore tuo carnes meas: letetur cor me
um vt timeat nomē tuū/vtinam sic te
timeret peccatrix aīa / quomodo ille
vir santꝰ q̄ dixit/semꝑ enī quasi tumen
tes suꝑ me fluctꝰ timui deū/dator eniz
oīum bonoꝝ deus/da mihi int̄ laudes
tuas fontē lachrimaꝝ/simul cū cordis
puritate/et mētis iubilatione/vt ꝑfec
te te diligēs/et digne te laudās/ip̄o cor

dis palato/sentiã gustẽ/et sapiã/ꝙ dulcis et suauis es dñe/sicut scriptum est gustate et videte qm̃ suauis ẽ dñs: beatus vir q̃ sperat in eo: bt̃us populus q̃ stit iubilationẽ: bt̃us vir cuius est auxiliũ abste. ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymaꝝ in loco quẽ posuit/bñi mundo corde qm̃ ipsi deũvidebunt/beati q̃ habitant in domo tua dñe in secula seculoꝝ laudabunt te.

¶ Oratio cor multũ mouens ad deuotionẽ et diuinũ amorẽ. ca. xxxv.

IEsu nr̃a redemptio amor et desideriũ/deus ō deo adesto mihi famulo tuo: te iuoco: ad te clamo clamore magno in toto corde meo. te inuoco in aiam meã/intra in eã/et coapta eaꝫ tibi/vt possideas eam sine ruga et sine macula/mũdissimo nãqꝫ dño mundissima debetur habitatio/sanctifica ergo me vas tuũ quod fecisti: de malitia euacua/et imple de gr̃a/et plenũ cõserua/ita vt dignũ habitationis tue efficiar templũ: hic et in ppetuũ/dulcissime benignissime/amãtissime/charissime/potẽtissime/desideratissime/p̃ciosissime/amabilissime pulcherrime: tu melle dr̃cior/lacte et niue cãdidior/nectare suauior/gemmis et auro p̃siosior cũctisqꝫ terraꝝ diuitijs et honoribus mihi charior. q̃d dico deus meus vna spes mea/tã grãdis misericordia mea/q̃d dico dulcedo felix et secura? q̃d dico dũ talia dico? dico quod valeo/sed non dico quod debeo: vtinã possem talia dicere q̃lia illi hymnidici angeloꝝ chori. o ꝙ libenr̃ me in tuis laudibus totum effunderez o ꝙ deuotissime illa celestis melodie cãtica/ad laudẽ et gl̃iaꝫ nomi

Universidad de Deusto Biblioteca

nis tui in medio ecclesie infatigabilis
porarē. sed quia talia nō possum nūqd
tacebo: ve tacentibus de te/qm̄ ip̄i lo=
quaces muti sunt/quū nō tuas laudes
dicūt/quis digne te laudare potest: o
ineffabilis virtꝰ et sapiētia patris. et
qm̄ nulla inuenio v̄ba q̄bus te suffici=
enter valeā explicare cūctipotēs et oīs
cium v̄bum/ditā interī quod valeo: do
nec iubeas me venire ad te vbi possim
dicere quod te decet/et me oportet/et
ideo suppliciter rogo vt non respicias
tantū ad id quod modo dico/sed ad id
quod dicere opto. cupio enī desiderio
magno de te eloq̄ quod oportet et d̄cet:
qꝛ te decet laus/te decet hymnꝰ tibiqꝫ
debetur oīs honor. Scis ergo occulto
rū cognitor deus/qm̄ nō soluꝫ terra et
oībus q̄ in ea sunt tu mihi charior es/
sed etiā ip̄o celo et oībus q̄ in eo sunt tu

mihi acceptabilior tu mihi amabilior
es: diligo enī te sup celū et terrā/et ce=
tera oīa q̄ in eis sunt: immo nisi amore
nominis tui q̄ trāsitoria sunt ꝓculdu=
bio amāda nō sunt. amo te deus meus
amore magno/magisqꝫ te amare cu=
pio. da mihi vt amē te semp quātū vo=
lo/q̄tum debeo/vt tu solus sis tota in
tētio mea/et oīs meditatio mea/te me
dit̄ p dies sine cessatione: te sentiā p so
porē in nocte: te alloquatur spiritꝰ me
us: tecum fabuletur mēs mea/lumine
sancte visionis tue/illustretur cor me=
um/vt te rectore te duce/ambulē de vir
tute in v̄tutez: tandēqꝫ videā te deum
deoꝝ in siō/nunc q̄dem p speculū ī enig
mate/tunc autē facie ad faciē/vbi cog=
noscā te sicut et cognitꝰ sum. beati mū
do corde qm̄ ipsi deū videbunt. beati q̄
habitāt in domo tua dn̄e/in scl̄a scl̄oꝝ

Universidad de Deusto Biblioteca

laudabũt te/rogo itaqꝫ te dñe ꝑ om̃es
miserationes tuas q̃bus d̃ morte et̃na
liberati sum⁹ mollifica cor meum duꝝ
et lapideũ/saxeũ et ferreũ tua sacratis
sima et potẽti vnctione: et fac me ꝑ ig=
nẽ cõpunctionis corã te oĩ hora hostiã
viuã fieri fac me in tuo cõspectu cor cõ
tritũ/et humiliatũ semꝑ habere cũ la=
chrymaꝝ abundãtia. fac me ex tuo de=
siderio huic mũdo fundit⁹ extingui et
trãseuntiũ reꝝ obliuisci p̃ magnitudi=
ne timoris et amoris tui/vsqꝫ adeo vt
de tẽporalibus nec lugeã/nec gaudeã/
nec metuã aliquod temporale/nec dili
gã/nec blãdis corrũpar/nec aduersis
cõcutiar. et qꝛ tua valida/ẽ vt mors di
lectio/absorbeat q̃so mentẽ meã ab oĩ
bus q̃ sub celo sunt ignita et melliflua
vis amoris tui/vt tibi soli in hereã/so=
laqꝫ tue suauitatis memoria pascar.

descendat dñe/descendat p̃cor/descen=
dat in cor meũ odor tuus suauissimus
ingrediatur amor tu⁹ mellifluus. ve=
niat mihi tui saporis mira et inenar=
rabilis fragantia/q̃ sempit̃nas in me
suscitet cõcupiscentias et ex corde meo
ꝑducat venas salientis aq̃ in vitã eter
nã/ĩmensus es dñe/et ideo sine mensu
ra debes amari/et laudari ab his quos
tuo p̃cioso sanguine redimisti/amator
hominum benignissime/clemẽtissime
dñe et equissime iudex/cui om̃e iuditi=
um dedit pr̃ sapientissime tue eq̃tatis
iuditio. discernis hoc rectũ/et iustum
esse/vt filij hui⁹ scl̃i noctis/et tenebra
rũ p̃stantiori desiderio virtute atqꝫ stu
dio diligant et q̃rant ꝑituras diuitias
et fugitiuos honores q̃ꝫ nos serui tui
diligamus te deũ nr̃um ꝑ quez facti et
redẽpti sumus. Si enĩ homo/hominẽ

tāta diligit dilectione vt alter alterum
iux patiatur abesse: si spōsa spōse tāto
cōglutinatur mētis ardore vt p̄ mag-
nitudine amoris nulla pfrui valeat re
qe/chari sui absentiā non sine magno
merore ferēs: qua ergo dilectione quo
studio/quo feruore aīa quā despōsasti
tibi fide et miserationibus debet dilige
re te vey deū et pulcherrimū spōsum/
q̄ nos sic amasti et saluasti qui p̄ nobis
tot tāta et talia fecisti: q̄p̄ aūt hec in-
fima habeāt suas delectationes/suos-
qz amores: nō tamen tali modo delec-
tāt sicut tu dus nr̄/in te enī delectatur
iustus/q̄ amor tuꝰ suauis est et qetus:
nā pectora q̄ possides dulcedine et sua
uitate et trāquillitate reples. econtra
amor seculi et carnis anxiꝰ est et ptur
batꝰ: aias certe quas ingreditur quie
tas esse nō patitur: semp enī suspitiōi-

bus et pturbationibus varijsqz timo-
ribus sollicitat eas. tu itaqz es dlecta-
tio rectoy/et merito/qes enī valida est
apud te/et impturbabilis vita/qui in-
trat in te bone dñe/intrat in gaudium
dñi sui/et nō timebit amplius/sed ha-
bebit se optime in optimo loco dicens/
hec reqes mea in seculū seculi: hic ha-
bitabo qm̄ elegi eaz. et illud/dñs regit
me et nihil mihi deerit: in loco pascue
ibi me collocauit/dulcis xp̄e bone iesu/
reple semp q̄so cor meum inextīguibili
dilectione tua/cōtinua: recordatione
tua/adeo vt sicut flāma vrens totꝰ ar-
deā in tui amoris dulcedine: quē et aq̄
multe in me nunq̄ possint extīguere.
fac me dulcissime dñe amarete et desi-
derio tuo deponere pōdus oīuz carna
liū desideriox et terrenax cōcupiscen-
tiax grauissimā sarcinā q̄ impugnant

et aggrauāt miserā aīam meā/vt post te expedit⁹ in odore vnguentoꝝ tuorū currens vsq3 ad tue pulchritudinis visionē efficacit̄ satiādus q̄ tuti⁹ te quoq3 duce merear puenire/duo enī amores alt̄ bonus/alt̄ malus: alt̄ dulcis/alter amar⁹/nō se simul capiunt in vno pectore.et ideo siquis pret̄ te aliud diligit/nō est charitas tua de⁹ ī eo:amor dulcedinis/et dulcedo amoris:amor nō crucias/sed delectans:amor sincere et caste pmanēs in seculuz seculi: amor q̄ semp ardes et nūq̄ extigueris. dulcis christe bone iesu/charitas deus me⁹ accēde me totū igne tuo/amore tuo suauitate et dulcedine tua/iocunditate et exultatione tua.voluptate/et cōcupiscētia tua/q̄ sancta est et bona/casta est et mūda tranqlla et secura:vt tot⁹ dulcedine amoris tui plenus/tot⁹ flāma

charitatis tue succēsus/diligā te deuz meū ex toto corde meo totisq3 medullis precordioꝝ meoꝝ/habēs te ī corde/ī ore/et pre oculis meis semp/vt vbiq3 ita vt nullus pateat in me loc⁹ adulterinis amoribus.audi deus meus.audi lumen oculoꝝ meoꝝ/audi que peto/et da q̄ petam vt audias me/pie et miseri cordissime dñe ne efficiaris mihi inexorabilis ppt̄ peccata mea/sed ppt̄ bonitatē tuā suscipe pces serui tui/et da mihi effectuz petitionis mee/et desiderij mei:intēdente et orāte et impetrante gl'iosa v̄gine genitrice tua maria/dña mea/cum oībus sanctis tuis.Amen.

Oratio deuotissima ad laudes habendas. Ca.xxxvj.

Christe dñe verbū patris/q̄ venisti in hūc mundū peccatores saluos

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere/rogo te p' indulgētissima misericordie tue/viscera/emēda vitā meā: meliora act⁹: cōpone mores: tolle ō me qō mihi nocet/et tibi displicet et da qō nosti tibi placere et mihi ꝓdesse. quis potest facere mundū de īmundo cōceptū semine nisi tu solus? tu es deus oīpotēs infinite pietatis/q̄ iustificas īpios/et viuificas mortuos ꝓpt̄ peccatū: q̄ mutas peccatores et nū sunt. tolle ergo de me q̄cq̄d tibi displicet in me: īmpfecta enī mea plurima vident oculi tui mitte q̄so manū pietatis tue in me/et tolle de me q̄cquid offendit oculos pietatis tue in me cor̄ā te dñe est sanitas: et infirmitas mea: illā p̄cor serua/istā sana/sana me dñe et sanabor: saluum me fac et salu⁹ ero: tu q̄ infirma sanas et sanata cōseruas: tu q̄ solo nutu tuo restauras diruta et collapsa/si enī dig-

naris ī agro tuo cordi meo serere bonū semen/necesse ē vt manu pietatis tue/ spinas p̄ius euellas vitioꝝ meoꝝ. dulcissīe/benignissīe/ amātissime/carissīe/ desideratissime amabilissime/ pulcherrime/infūde obsecro multitudinē dulcedinis tue/et charitatis tue pectori meo/vt nihil terrenū/nihil carnale desiderē vel cogitē/sed te solū amē/et solū habeā in corde et in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcē memoriam tui melliflui nominis/nulla vnq̄ obliuione delendā/scribe in tabulis cordis mei volūtatē tuā/et iustificationes tuas/vt te īmense dulcedinis dñum/et p̄cepta tua semp̄ et vbiq̄ habeā p̄ oculis meis. succēde mentez meā igne illo tuo quē misisti in terrā/et voluisti/vehemēt accēdi/vt sacrificiū spiritꝰ cōtribulati/et cordis contriti aboꝝtis la-

chrimis quotidie offerã tibi. dulcis ꝓpe
bone iesu/sicut desidero/sicut tota mẽ
te mea peto/da mihi amorẽ tuũ sanctũ
et castũ/q̃ me repleat/teneat/totumq̃
possideat. ⁊ da mihi euidẽs signũ amo
ris tui irriguũ lachrimaꝝ fontes iugit
emanãtẽ: vt ipse quoq̃ lachryme tuus
in me testẽtur amorẽ/ipse ꝓdãt/ipẽlo
quãtur quãtũ te diligit aĩa mea dũ pre
nimia dulcedine amoris tui neq̃t se a
lachrimis cõtinere/reminiscor pie dñe
illiꝰ bone mulieris anne/q̃ ad taberna
culũ rogatura ꝓ filio venit/ꝺ qua scrip
tura refert/ꝙ vultus eius post lachry
mas et ꝓces nõ sunt amplius in diuer
sa mutati. sed memor tãte ꝺutis tan
teq̃ ꝓstãtie dolore torqueor/et verecũ
dia cõfundor: qr me miserũ nimis deor
sum iacere intueor. si enĩ ita fleuit et in
fletu ꝓseuerauit mulier q̃ q̃rebat filiuꝫ

quo modo plãgere/et in plãctu ꝓsiste=
re debet aĩa mea q̃ querit et amat deuꝫ
et adeũ ꝓuenire desiderat: quo modo
gemere ac flere ꝺbet. talis aĩa q̃ querit
deũ die ac nocte/q̃ ꝓpt̃ christũ nil vult/
amare: miꝝ ꝙppe est si iã nõ facte sunt
ei lachryme sue panes die ac nocte/res=
pice ergo et miserere mei quia dolores
cordis mei mꝝltiplicati sunt da mihi cõ
solationẽ tuã celestẽ/et noli spernere
peccatricẽ aĩam ꝓ qua mortuus es. da
mihi q̃so lachrymas ex toto affectu in
ternas q̃ peccatoꝝ meoꝝ possint solue
re vĩcula/et celesti iocũditate semp re=
pleãt aĩam meã: si nõ cũ veris/et ꝓfec=
tis monachis quoꝝ vestigia neq̃o imi=
tari/saltẽ cũ deuotis mulieribus quã=
tulãcũq̃ portionẽ in regno tuo mere=
ar adipisci. Venit quoq̃ mihi in mẽtẽ
alterius mulieris deuotio mira/q̃ te ĩ

sepulchro iacentē/pio amore q̄rebat/q̄
recedētibus discipulis de sepulchro/no
recedebat: que sedebat ibi tristis et me
rēs/et diu multumq3 flebat et surgēs
multis lachrymis/iterū/iterūq3 antra
deserti sepulchri vigilātibus oculis ex=
plorabat si forte alicubi te videre pos=
set/quē feruēti desiderio q̄rebat: iā cer
ta semel et iterū ingressa sepulchrū vi=
derat sed nimiū amāti nō satis est: vir
tus enī boni operis p̄seuerantia est. et
q3 pre ceteris dilexit/et diligēdo fleuit/
et flendo q̄siuit et q̄rendo p̄seuerauit:
ideo prima oīum te inuenire/te videre
te alloq̄ meruit. et nō solū hec sed etiaz
ipsis discipulis gl'iose resurrectiōis tue
prenūtia extitit/te p̄cipiente et clemē
ter monēte: vade dic fratribus meis vt
eant in galileaz ibi me videbūt/si ergo
ita fleuit et in fletu p̄seuerauit mulier

q̄ viuentē cū mortuis querebat q̄ te ma
nu fidei tāgebat: quo modo plangere/
et in plāctu p̄sistere debet aīa q̄ redēp=
torē suū iā in celo p̄sidentē et vbiq3 reg
nantē/corde credit/ore cōfitetur? quo
modo ergo gemere et flere debet talis
aīa q̄ te toto corde diligit/teq3 toto de
siderio videre cōcupiscit: solū confugi
uz/et vnica spes miserorū cui nūq̄ sine
spe misericordie supplicatur: p̄sta mi=
bi hāc gr̄am ꝑ p̄ te/et ꝑ p̄ nomen san
ctū tuū/vt quotiēs de te cogito/d̄ te lo=
quor/de te scribo/de te lego/de te cōfe
ror: quotiens tui reminiscor tibi assisto
laudes p̄ces et sacrifitiū offero: totiēs
abortis lachrymis in cōspectu tuo co=
piose et dulciter fleā/ita vt efficiātur mi=
bi lachryme mee panes die ac nocte/tu
q̄dem rex gl'ie et oīuz v̄tutū magister/
docuisti nos verbo et exēplo gemere/et

Universidad de Deusto
Biblioteca

flere/dicens bt̄i q̄ lugent qm̄ ipsi cōso-
labūtur. tu fleuisti defunctū amicū/et
lachrymat⁹ es valde sup̄ p̄iturā ciuita
tē/rogo te bone iesu p̄ illas preciosissi-
mas lachrymas tuas et p̄ oēs misera-
tiōes tuas q̄bus mirabilit̄ nobis p̄di-
tis subuenire dignat⁹ es/da mihi gr̄az
lachrymaꝝ quā multū desiderat et ap-
petit aīa mea/q̄r sine dono tuo nō pos
suz habere eā/sed p̄spiritū sct̄um tuū/
q̄ dura corda peccatoꝝ mollit et adfle-
tū cōpungit. da mihi gr̄am lachryma-
rū sicut dedisti patribus nr̄is quoꝝ ves
tigia debeo imitari/vt plangā me in oī
vita mea/sicut ip̄i se plāxerūt nocte ac
die ꝓpt̄ merita et or̄ones eorū qui tibi
placuerūt et deuotissime seruierūt: mi
serere mei mis̄rimi ⁊ indigni serui tui
et da mihi gr̄am lachrimarū/da mihi
irriguū sup̄ius et irriguū inferius/vt

sint mihi lachryme mee pāes die ac noc
te/effitiarqz in cōspectu tuo deus me⁹
p̄ ignē cōpunctionis holocaustum pin
gue et medullatū: mact̄ totus ī ara cor
dis mei/et tāq̄ p̄iguissimū holocaustū
assumar tibi in odorem suauitatis. da
mihi dulcissime fontē irriguū/fontēqz
p̄spicuuz in quo lauetur assidue istud
inq̄natū holocaustū/licet enī me totū
tibi obtulerī/opitulante gr̄a tua/īmul
tis tamē quotidie offendo ꝓpt̄ nimiaz
fragilitatē meā/da mihi ergo gratiaz
lachrymarū benedicte et amabilis de⁹
p̄cipue ex multa dulcedine amoris tui
et cōmemoratione misericordiarū tua
rū/p̄para hāc mensam famulo tuo in
cōspectu tuo/et da mihi eā in potesta-
tē/vt quotiēs volo satier ex ea/tribue
pro pietate ⁊ bonitate tua/vt iste calix
tuus inebriēs et p̄clar⁹ satiet sitī meā/

vt inhiet tibi spiritus meus/et ardeat mẽs mea in amore tuo oblit⁹ vanitatis et miserie audi de⁹ meus/audi lumen oculorũ meorũ: audi q̃ peto et da vt petã quod audias: pie et exorabilis dñe/ne efficiaris mihi inexorabilis ppt̃ peccata mea/sed ppt̃ bonitatẽ tuã suscipe p̃ces serui tui/et da mihi effectum petitionis mee et desiderij mei/precibus et meritis gl'iose virginis marie/domine mee/et oĩum sanctorum. Amen.

¶ In ista oratione mens humana copiosius compungitur si inquete dicatur. Ca. xxxvij.

IEsu dñe/iesu pie/iesu bone/q̃ mori dignatus es ppt̃ peccata nr̃a/et resurrexisti ppt̃ iustificationem nr̃am rogo te p̃ gl'iosam resurrectionez tuã/resuscita me ꝺ̃ sepulchro vitiorũ et peccatorũ meorũ oĩum/et da mihi quotidie ptẽ in resurrectione prima/vt in resurrectione tua merear veracit̃ pcipere portionẽ. dulcissime/benignissime/amãtissime/charissime/p̃ciosissime/desideratissime/amabilissime/pulcherrime/ascendisti in celũ cuz triũpho gl'ie tue/et sedes ad dexterã patris rex potẽtissime: trahe me sursuz ad te/vt curra post te in odore vnguentorũ tuorũ/curra et non deficiã/te trahente/te ducẽte/me currẽte/trahe os sitiẽtis te aie in supna fluenta ex̃ne satietatis immo trahe me ad te fontẽ viuũ/vt inde pro captu meo bibã vnde semp viuã/deus me⁹ vita mea/tu enĩ dixisti/ore tuo sancto et benedicto: si qs sitit vẽiat ad me et bibat. fons vite da sitiẽti anime sem p̃ bibere ex te vt secundũ sanctã/et veridicã p̃missionem tuã de ventre meo

fluāt aq̄ viue Fons vite reple mentez meam torrente voluptatis tue/ et inebria cor meum sobria ebrietate amoris tui/vt obliuiscar q̄ vana sunt et terrena/et te solū iugiṫ habeaz in memoria mea/sicut scriptū est: memor fui dei et delectat⁹ sum/da mihi spiritū sanctuz tuū quē significabant ille aq̄ quas sitientibus daturum te ꝓ miseras. da q̄so toto desiderio et oī studio tendere quo te ascēdisse post resurrectionē die quadragesimo credim⁹: vt in p̄senti q̄dem miseria/solo tenear corpore: tecū autē sim cogitatione semp et auiditate: vt ibi sit cor meū/ vbi tu es thesaur⁹ me⁹/ desiderabilis et incōparabilis multuz q3 amabilis. in hoc enī magno huius vite diluuio vbi circunstātibus agitamur ꝓcellis/et nō inuenitur fida statio et loc⁹ eminētior: vbi pes colūbe va

leat aliqaten⁹ requiescere: nusq̄ tuta par/nusq̄ secura q̄es: vbiq3 bella et lites/vbiq3 hostes: foris pugne/intus timores. et q̄a altera pars sum⁹ celi/altera tre: corp⁹ quod corrūpitur aggrauat aīam/id circo anim⁹ meus/sotius et amic⁹ meus fatigat⁹ de via veniēs/ lāguet et iacet diuisus atq3 laceratus ab his quas ptransierat vanitatibus: esurit et sitit valde et non habeo quid ponā ante illū/q⁹ paup sum et mendicus/tu dñe deus me⁹ diues oīuz bonorū et dapium/supne satietatis opulentissime largitor/da lasso cibum/collige dispsum/reintegra scissum/enstat ad ostiū et pulsat: obsecro te ꝑ viscera misericordie tue q̄bus visitasti nos oriēs ex alto/aperi pulsanti/misero manum pietatis tue porrige/et iube ꝓpitiabili dignatione vt ingrediatur ad te req̄s

cat in te: reficiatur de te vino celestiq3 pane / quo satiat9 resumptisq3 vibus ad supiora cõscendat / et de hac valle lachrymaꝝ pẽna sancti desiderij rapt9 / ad celestia regna volitet assumat dñe / assumat rogo spirit9 meus pennas vt aqle et volitet et nõ deficiat / volet et p ueniat vsq3 ad decorẽ domus tue / et locũ habitationis gl'ie tue / vt ibi sup mẽsam refectionis ciuium supnoꝝ pascatur de occultis tuis / in loco pascue tue iuxta fluenta plenissima: reqescat in te deus me9 cor meũ / cor mare magnum tumẽs fluctibus tu q imperasti ventis et mari / et facta est trãquillitas magna / veni / et gradere / sup fluct9 mei / vt tranqlla et serena fiãt oĩa mea: quatenus vnum bonũ meũ / amplectar te / et dulce lumẽ oculoꝝ meoꝝ cõtempler te sine tumultuãtiũ cogitationũ ceca ca

ligine / cõfugiat dñe mẽs mea sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ab estibus cogitationuꝫ huius seculi / vt in tui refrigerij tempa mẽto / absc̃sa letabunda cantet et dicat: in pace in idipsum dormiã et reqescam / dormiat obsecro dñs deus meus / dormiat memoria mea ab oĩbus malis: iniqtatẽ odiat / iustitiaꝫ diligat / qd enĩ pulchrius / qd ve dulcius / q̃p̃ inf tenebras huius vite / multasq3 amaritudines diuine dulcedini inhiare / et ei ne bfitudini suspirare: illucq3 teneri mẽte vbi vera habere gaudia certissimuꝫ est / dulcissime / amãtissime / benignissime / charissime / p̃ciosissime / desideratissime / amabilissime / pulcherrime / q̃ndo te videbo? quãdo apparebo ante faciẽ tuã? quãdo satiabor de pulchritudine tua? quãdo educes me de hoc carcere tenebroso vt confitear nomini tuo /

ita vt deiceps nō cōpūgar: quādo trā-
sibo in illā. admirabilē et pulcherrimā
domuz tuā: vbi pſonat vox letitie et ē-
xultationis in tabernaculis iuſtoruz.
beati q̄ habitant in domo tua dñe in ſe
cula ſeculoꝝ laudabūt te. beati et vere
beati quos elegiſti & aſſumpſiſti in illā
celeſtē hereditatem. ecce ſancti tui dñe
floꝛent ante te ſicut liliū/replentur eni
abvbertate domꝰ tue: et toꝛrēte volup
tatis tue potas eos/quoniā tu es fonꝫ
vite: et in lumine tuo vidēt lumē: vſqz
adeo vt ipi videlicet lumē illuminatuz
p̄ te deū illuminantē ſicut ſol effulgeāt
in ꝓſpectu tuo. o q̄ mira q̄ pulchꝛa q̄
acceptabilia ſunt domꝰ tue habitacu-
la dñe virtutū: cōcupiſcit intrare in ea
hec peccatrix aīa mea/dñe dilexi deco-
rē domꝰ tue/et locū habitaciōis gloꝛie
tue. vnā petij a dño & hanc requram: vt

inhabitē in domo dñi oībus diebus vi
te mee/quemadmodū ceruꝰ deſiderat
ad fontes aquaꝝ/ita deſiderat anima
mea ad te deus: quādo veniaz et appa
rebo ante faciē tuā? quādo videbo deū
meū quē ſitit aīa mea? quando videbo
euz in terra viuetium? in iſta enī terra
moꝛientiū videri non pōt moꝛtalibus
oculis. q̄d faciam miſer ego grauedine
compedis moꝛtalitatis mee cōſtrictꝰ?
q̄d faciā? dū ſumꝰ in coꝛpoꝛe pegrina-
mur a dño. nō habemꝰ hic manentē ci
uitatē/ſed futurā inquirimꝰ: nr̄ autez
municipatꝰ in celis eſt. heu mihi quia
incolatꝰ meus ꝓlongatus eſt: habita-
ui cū habitātibus cedar/multū incola
fuit aīa mea. quis dabit mihi pēnas ſi
cut colūbe: et volabo et requieſcā? ni-
hil mihi tā dulce/q̄ cū dño meo eſſe mi
hi aūt adherere deo bonuz eſt. da mihi

Universidad de Deusto Biblioteca

dñe donec his fragilib⁹ assisto mēbris
tibi adherere/sicut scriptū est: qui ad-
heret dño//vnus spirit⁹ est cuz eo. pre
be mihi rogo contēplatiōis pēnas qui
bus indut⁹/ad te volitē sursuz. et quia
oē sinistrū/deorsum iacet: tene mētem
meā/ne ad ima tenebrose vallis corru-
at: ne interueniēte vmbra terre/a te ve
ro iusticie sole separetur: et obducta te
nebris nebula ꝓhibeatur alta respice-
re. idcirco sursum tēdo/ad pacis gau-
dia/lucisqz delectabilē et serenissimuz
statū/tene cor meū manu tua: quia si-
ne te ad altiora nō rapitur illuc festino
vbi summa pax regnat/et iugis tranq̄l
litas rutilat. tene et rege spiritū meū:
et assume illū secundū volūtatē tuā: vt
te duce ascendat in illā regionē vberta
tis vbi pascis israel in eternū pabulo ve-
ritatis: vt ibi vel rapida cogitatiōe at-

tīgat te summā sapientiā sup oīa ma-
nentē/cuncta trāseuntem et oīa guber
nantem. Sed volitāti ad te aīe multa
sunt q̄ obstrepunt: iussu tuo dñe conti
cescāt mihi oīa: ipsa sibi aīa si leat: oīa
ꝑtrāseat: oīa q̄ creata sunt trāscendat
a se/et ꝑueniat ad te/atqz ī te solo crea-
tore oīum oculos fidei figat: tibi inhi-
et: tibi intēdat: te meditetur: te contē-
pletur: te sibi ante oculos pōat: te sub
corde reuoluat verū et summū bonuz/
et gaudiū sine fine māsuruz. multe de
niqz sunt contēplationes/q̄bus aīa de
uota tibi mirabilit̄ pascitur: sed in nul
la earꝝ ita delectatur et req̄escit anima
mea sicut in te: et quādo te solum cogi
tat et contēplatur. q̄ magna multitu-
do dulcedinis tue dñe: quā mirabiliter
inspiras cordibus amatorꝝ tuorꝝ: q̄ mi
ra suauitas amoris tui quo ꝑfruūtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi q̄ nihil pret̄ te diligūt: nihil q̄runt:
nihil etiā cogitare concupiscūt. felices
illi q̄bus tu solus spes es: et om̄e opus
eoꝝ or̄o. bt̄us q̄ sedet solitarius et ta=
cet: et stat sup custodiā suā iugit̄ die ac
nocte: vt adhuc in hoc fragili corpuscu
lo positꝰ/p̄libare valeat aliquatenus
dulcedinē tuā=rogo te ꝑ illa salutifera
vulnera tua/q̄ passus es in cruce ꝓ sa
lute nr̄a/equibus emanauit ille p̄cio=
sus sanguis quo sumus redēpti: vulne
ra hanc aīam meā peccatricē/pro qua
etiā mori dignatꝰ es: vulnera eā igneo
et potētissimo telo tue nimie charita=
tis. viuus est enī sermo dei et efficax et
penetrabilior oī gladio ancipiti. tu sa=
gitta electa/et gladiꝰ acutissimus/qui
durū scutū humani cordis penetrare
tua potētia vales. cōfige cor meū iacu
lo tui amoris: vt dicat tibi anima mea:

charitate tua vulnerata sum: ita vt ex
ip̄o vulnere amoris tui vberrime fluāt
lachryme die ac nocte. ꝑcute dn̄e ꝑcute
obsecro/hāc durissimā mentē meā pia
et valida cuspide dilectionis tue: et al=
tius ad ītima penetra potetnti v̄tute.
et sic d̄ capite meo educ aquā īmensaꝫ/
et de oculis meis verū fontē lachryma
rū iugit̄ manantē ex nimio affectu et d̄
siderio visionis pulchritudinis tue: vt
lugeā die ac nocte nullā in p̄senti vita
recipiens cōsolationē/donec te in celes
ti thalamo merear videre dilectū ⁊ pul
cherrimū spōsum meū: deum et dn̄um
meū/vt ibi vidēs gl̄iosam admirabilē
et pulcherrimā faciē tuā/oī dulcedine
plenā/cū his quos elegisti/maiestateꝫ
tuā supplex adorē et illic tandē celesti ⁊
ineffabili repletꝰ iubilo et̄ne exultatio
nis: exclamē cū diligentibus te/dicens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecce quod cõcupiui iã video: quod speraui iã teneo: quod desideraui iam habeo/illi nãqz in celis iũctꝰ sum quez in fris positꝰ tota ẏtute dilexi/tota charitate amplexus sum/cui toto amore inhesi. ipsum laudo benedico atqz adoro qui viuit et regnat deus in secula seculoꝝ. Amen.

Oratio in tribulatione. Ca. xxxviij.

Miserere dñe/miserere pie miserere mihi miserrimo peccatori indigna agẽti et digna patienti/ assidue peccãti et tua flagella quotidie sustinẽti. si penso malũ quotidie quod feci/nõ est tantũ quod patior: grauiꝰ est quod cõmisi/leuius est quod tolero: iustꝰ est dñe et rectũ iuditium tuũ: oĩa iuditia tua iusta sunt et vera: iustꝰ et rectꝰ tu

es dñe deus nr̃/et nõ est vlla iniqtas in te. nõ enĩ iniuste neqz crudeliter affligis nos peccatoꝝ oĩpotens et misericorꝫ dñe/q̃ quum nõ essemus potenter fecisti nos: et quũ p̃diti fuissemus culpa nr̃a: pietate et bonitate tua mirabiliter repa rasti nos. Scio et certꝰ sum q̃ vita nr̃a nõ temerarijs motibus agitur/sed a te dño deo nr̃o disponitur/et guberna tur. vnde tibi cura est de oĩbus: p̃cipue de seruis tuis/q̃ totã spẽ suã posuer ũt in sola misericordia tua: idcirco obsecro et supplicit̃ rogo/vt nõ facias mihi secundũ peccata mea/qbus irã tuaz merui/sed secunduz magnã misericordiã tuã/q̃ supat etiã peccata totiꝰ mũdi. tu dñe q̃ exterius flagella irrogas/ da semp̃ interius indefficientẽ patientiam/ita vt laus tua nõ recedat de ore meo. miserere mei dñe miserere mei et

adiuua me/sicut tu nosti quod mihi ne cesse est in corpore et in aia: scis oia/po tes omnia qui viuis in secula.

¶ Oratio multuz deuota ad filium. Ca.xxxix.

Domine ieschriste fili di viui qui expāsis in cruce manibus propter mortaliū oium redemptionez hausisti calicē passionis/mihi hodie p̄bere dig neris auxiliū. ecce paup venio ad te di uitē/miser ad misericordē/ne recedam vacuus vel cōtempt⁹:esuriēs. incipio/ ne desinā de te ieiunus famelicus acce do/ne recedā impastus.et si anteq̄ co medam suspiro/da vel post suspiria vt comedā. in primis dulcissime iesu coā magnificētia tue suauitatis confiteor aduersum me in iustitiā meā/ecce dñe qa in peccatis fui cōceptus: et nat⁹/et

tu me abluisti et sctificasti/et ego pos tea me maioribus sordidaui peccatis. fui enim in necessarijs nat⁹. postea in spōtaneis volutat⁹/sed tue dñe misera tionis nō īmemor/tulisti me de domo patris mei carnalis/et ō tabernaculis peccatoz et inspirasti mihi vt sequerer te/cū generatione q̄rentiū faciē tuaz/ ambulantiū semitā rectā/cōmorātiuz inf lilia castitatis/et tecū discūbentiuz in cenaculo altissime pauptatis:et ego tot beneficioz ingrat⁹ post religionis ingressuz multa cōmisa illicita/multa ppetraui nefanda:et vbi peccata emē dare ōbui/peccata peccatis addidi. hec sunt mala mea dñe qbus exhonoraui te/et maculaui me/quē ad imaginez et similitudinē tuā creasti/supbia/vana gloria/ꝛ ceta multa alia mala/qbus ve xatur/et affligitur/lacerat/et destrui-

tur infelix aia mea. ecce dñe iniqtates mee supgresse sunt caput meū/et sicut onus graue grauate sunt sup me: et ni si tu cui ppriū est misereri semp et par cere/dexterā tue maiestatis suppona/ mergi cogor miserabilit in pfundū. at tende dñe deus et vide qñ sanctus: et ecce insultat aduersum me inimic⁹ me us dicēs: deus dereliqt eum/psequar et cōprehendā eū/quia nō est q eripiat: t tu dñe vsq quo: cōuertere et eripe ani mā meā saluū me fac ppē misericor dī am tuā: miserere filio tuo quē in dolo re nō modico peperisti/et noli attende re malū meū vt obliuiscaris bonū tuū. quis est pat q filiū nō liberet: aut quis filius quē pat pietatis baculo nō co rripiat: ergo pat et dñe licet peccator sim/ nō possum nō esse filius tuus: quia tu me fecisti et refecisti. sicut peccauī emē

da me/et prius flagello emendatū tra de me filio tuo. nūquid obliuisci potest mat ifantē vti sui: et certe si illa oblita fuerit/ tu pat pmisisti te nō obliuisci/ ecce clamo/et non exaudis me/dolor e crucior: et nō cōsolaris me. qd dicā vel qd faciā miserrim⁹: ego tāto destitut⁹ solatio: piect⁹ sum a facie oculor tuo rū. heu me de quāto bono in quātum malū cecidi/quo tendebā/et quo deue ni: vbi sum et vbi nō sum: ad quē aspi raui et nunc in qbus suspiro: qsiui bo na et ecce turbatio. ecce iā morior/et ie sus nō est mecū/et certe melius est mi bi nō esse q̄ sine iesu esse/melius est nō viuere q̄ viuere/sine vita/et tu dñe ie su vbi sunt misericordie tue antiq̄: nū qd irasceris mihi in finē: placare obse cro et miserere mei/et nō auertas faci em tuā ame: q p me redimēdo nō auer

tisti faciē tuā ab increpātibus et cons-
puentibus in te. Fateor qr peccaui et
cōscientia mea mereretur dānationē:
et penitētia nō sufficit ad satisfationē:
sed certū ē ꝙ misericordia tua supat om
nē offentionē/noli q̄so pijssime dñe scri
bere aduersum me amaritudines me-
as: vt ītres in iuditiū cū seruo tuo: sed
secundū multitudinē misationū tuaꝝ
dele iniq̄tatē meā. ve mihi misero quū
venerit dies iuditij: et apti fuerīt libri
cōscientiaꝝ: quū dicetur de me ecce ho
mo et opa eius: q̄d faciā tunc dñe deus
meꝰ/quū celi reuelabunt iniquitatem
meā/et aduersum me terra cōsurget?
ecce nihil respōdere poto/sed demisso
capite pre cōfusione corā te stabo trepi
dus et cōfusus. Heu me miserū q̄d di-
cā? clamabo ad te dñe deus meꝰ: qua-
re tacens cōsumor? verūtamē si loquu

tus fuero/nō q̄escet dolor meꝰ: et si ta-
cuero amarissima amaritudine cruci-
or intius/plāge aīa mea sicut vidua su
per viꝝ pubertatis tue: vlula misera ⁊
plora: qm̄ dimisit te spōsus tuus/idest
christus. Ira oīpotentis ne irruas su-
per me qr nunq̄ capi posses in me. Cer
te nō est in toto me quod posset tolera
re te. miserere ne desperē: sed desperan
do respirē/et si ego cōmisi vnde me dā
nare potes/tu nō amisisti vnde salua-
re soles. tu dñe nō vis mortē peccatoꝝ:
nec letaris in ꝑditione morientiū: im-
mo vt mortui viuerēt tu mortuus es: ⁊
mors tua peccatoꝝ mortē occidit. et si
ipi te moriēte vixerūt: obsecro dñe/vt
ego te viuēte nō moriar. mitte manuz
tuā de alto/et libera me d̄ manu inimi
coꝝ meoꝝ: ne sup gaudeant mihi et di
cāt: deuorabimus eū. q̄s vnq̄ bone ie-

Universidad de Deusto Biblioteca

su de tua misericordia diffidat: q̄ quuz
inimici tui essem⁹/redemisti nos ī san-
guine tuo et reconciliasti nos deo. ecce
sub tue mis̄icordie vmbra ꝓtectus ad
thronum glorie veniā postulās/curro
clamans et pulsans/donec miserearis
mihi. si enī aduenīā nos vocasti/veniā
nō q̄rentes: quāto magis veniā impe-
trabim⁹ postulātes ne memineris dul
cissime iesu tue iustitie aduersus pecca
torē tuū: sed esto memor benignitatis
tue aduersus creaturā tuā. ne memine
ris ire aduersus reum: sed memor esto
miseratiōis tue aduersus miserū/obli
uiscere suꝑbum ꝓuocantez/et respice
miseꝝ inuocantem/q̄d enī est iesus nisi
saluator? ergo iesu ꝑ te metip̄um exur
ge in adiutoriū mihi/et dic aīe mee sa-
lus tua ego sum. multū dn̄e de tua bo-
nitate presumo: qm̄ tu ip̄e doces pet̄e/

q̄rere/et pulsare: et ideo tua or̄one ad-
monit⁹/peto/q̄ro et pulso/et tu dn̄e q̄
iubes pet̄e/fac accipere: cōsulis q̄rere/
da et inuenire: doces pulsare/ap̄i pul-
santi: et cōfirma me infirmū/restaura
me ꝑditum: suscita me mortuū: et om-
nes sensus meos/cogitatus et act⁹ di-
rigere et gubernare digneris in bene-
placito tuo: vt de cetero tibi seruiaz/ti
bi viuam/tibiqz me tradam/scio domi
ne mi quia ex hoc ꝙ me fecisti/debeo ti
bi me ipsuz: et quia me redemisti: et ꝓ
me homo factus es/deberem tibi plus
q̄ me si haberem/quanto tu maior es
pro quo dedisti te ipsum ecce nec plus
habeo: nec qd̄ habeo dare tibi possum
sine te sed accipe me tu: et trahe me ad
te/vt tuus sim imitatione et dilectiōe:
sicut tuus sum conditione/et creatiōe
qui viuis et regnas in secula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diui Augustini Oratio vtilis .Ca.rl.

DOmine deus oīpotēs q es trin⁹ et vn⁹: q es semp in oībus: et eras ante oīa/et eris semp in oībus ds benedict⁹ in secula tibi cōmendo hodie t oī tēpore aīam meā/corpus meum/visum/auditū/gustū/odoratuz/et tactatū/oēs cogitationes meas/affectiōes/loquutiones/actiones: oīa exteriora et īteriora: sensum et intellectū: memoriā meā: fidē et credulitatē meā: et pseuerantiā meā in manus potentie tue/vt custodias ea diebus ac noctibus/horis atq3 momētis/exaudi me trinitas sancta/et cōserua me ab oī malo/ab omni scādalo: et ab oī mortali peccato: ab oībus insidijs et infestationibus demonū et inimicoz visibiliū et inuisibiliū: p oīones patriarcaz p merita ꝓphetaz: per suffragia apostoloz/p cōstantiā martirū: per fidē confessoz: p castitatē virginuz: et per intercessionē oīum sanctoz̄um q tibi placuerunt ab initio mūdi: expelle ame iactantiā mentis/t auge cōpunctionē cordis: minue supbiā meā et pfice in me humilitatem verā: suscita in me fletū: mollifica cor meum durū/et lapideū/libera me dñe/et aīam meā ab oībus insidijs inimici et cōserua me in tua voluntate/doce me dñe voluntatē tuā facere/qa deus meus es tu/da mihi dñe sensum pfectuz/et intellectuz/vt suscipere valeā ꝓfundā benignitatē tuā/illud da mihi petere qō te audire delectet et mihi expediat. da mihi lachrymas ex toto affectu q̄ peccatoz meoz possint dissoluere vincula/audi dñs meus et deus me⁹: audi q̄ peto: et da vt qō peto exaudias/si des

picis pereo: si respicis viuo: si iustitiaz
mea reqris/mortuus feteo: si cū miseri-
cordia respexeris/fetentē resuscitas
de sepulchro/quod odis in me/lōge fac
ame: et castitatis ac cōtinentie spiritū
insere in me: vt quodcunqz petiero in
ipa petitione/te nō offendā/tolle ame
quod nocet t prebe quod iuuet. presta
mihi dñe medicinaz vnde mea possint
curari vulnera/da mihi dñe timorē tu
um/cordis cōpunctionē/mentis humi
litatē: et conscientiā purā. presta mihi
dñe vt frafnam semp tenere valeā cha
ritatē: et mala mea nō obliuiscar: alie-
na nō requiram. parce aie mee: parce
malis meis: pce peccatis meis: pce cri
minibus meis. visita me infirmuz: cu-
rame egrū: sana me lāguentē: et susci-
ta me mortuū. da mihi dñe cor quod te
timeat: mentē q̄ te diligat: sensum q̄ te

intelligat: aures q̄ te audiāt: oculos q̄
te videāt. miserere mei dē miſere mei
et respice me de sede sancta maiestatis
tue: et tenebras cordis mei radio splē-
doris tui illumina/da mihi dñe discre-
tionē discernendi inē bonū et malū: et
cōcede vt sensuz habeā vigilē/peto ate
dñe remissionē oīum peccatoꝝ meorū/
aquo et pquē mihi fiat ppitiatio in tē
pore necessitatis/et angustie mee. san-
cta et imaculata virgo dei genitrix ma
ria/et mr dñi nri iesuchristi infuenire
p me digneris apud illuz cuius meru-
isti effici tēpluz. sancte michael/sancte
gabriel/sancte raphael. sancti chori ā-
gelorū atqz archangelorū patriarchaꝝ
atqz prophetaꝝ/apostolorū/euangeli-
staꝝ/martiꝝ/confessoꝝ/sacerdotuz/le
uitarū/monachorū/virginuz/oīumqz
iustorū: et p illum q̄ vos elegit/et de cu

ius contēplatione gaudetis: vos roga
re p̄sumo: vt ꝓ me culpabili ipsi d̄o sup
plicare dignemini: quatenus de fauci
bus diaboli/et de morte ꝑpetua mere=
ar liberari. largiri mihi digneris dñe
ꝑpetuam vitā secundū clementiam ac
benignissimā mis̄icordiā tuaz/da dñe
iesu christe sacerdotibus concordiā: re
gibus episcopis et prīcipibus/iuste iu
dicātibus/trāquillitatē/et pacē. Oro
dñe ꝓ vniuersa sancta ecclesia catholi=
ca/ꝓ viris et feminis: pro religiosis et
secularibus: ꝓ oībus rectoribus christi
anorū: cunctisqz in te credētibus: q̄ ꝓ
tuo amore sancto laborāt: vt ꝑseuerā=
tiā boni operis obtineāt. p̄sta dñe rex
et̄ne virginibus castitatez: deo dicatis
cōtinentiā: coniugatis sanctimoniaz:
penitētibus indulgentiā: viduis et or
phanis sustentationē: pauperibus ꝓ=

tectionē: peregrinantibus redituz: lu
gentibus consolationē: defunctis fide
libus requiē sempit̄nam: nauigātibus
in portuz venire salutis: optimis vt in
bonitate semꝑ cōsistant: bonis et medi
ocribus vt meliores fiāt: praue agenti
bus et delīquētibus vt cito se corrigāt/
O dulcissime et misericordissime dñe
iesu christe fili dei viui/redēptor mūdi/
int̄ oēs et ꝑ oīa me miserū pecatorē cō
fiteor: sed tu clementissime pat̄ et sum
me q̄ oīum misereris/nō me patiaris
a tua misericordia fieri alienum/et tu
dñe rex regū q̄ inducias viuendi p̄stas/
corrigendi mihi deuotionē tribue: exci
ta in me mentem q̄ te req̄rat: te deside
ret: et te q̄ es/vbiqz tot⁹ trinus et vn⁹
semꝑ pre oībus amet: te timeat/tuāqz
voluntatem faciat. p̄cipue ergo te dñe
sancte pat̄ deprecor/q̄ es benedictus et

glorioſus p oĩa ſecula/et oĩes qui mei memoriã faciũt in ſuis oſonibus: et q̃ indignis oſonibus meis ſe cõmendauerunt/et qui mihi aliquod charitatis offitiũ/et pietatis ſtudiũ impenderũt: ſeu et illos q̃ cõſanguinitate/ac cognationis affectu ſunt mihi ꝓpinq̃: taz et illos q̃ nunc cõſiſtunt in corpore/q̃ et illos q̃ tegũtur funere/miſericorditer gubernare digneris ne pereant/oĩbus etiã chriſtianis viuis adiutoriũ preſtare digneris:et defũctis fidelibus abſolutionẽ et requem ſempiternam p eẽna ſecula. Hec nõ et illud magnopere ſupplico dñe q̃ es alpha et o: vt quũ extrema dies mea finiſqz vite mee aduenerit/tu ipe mihi ſis miſericors iudex contra malignũ accuſatorẽ diabolũ: et ſis mihi ꝓpetuus defenſor aduerſus inſidias hoſtis antiq̃:et in ſocietatẽ ange-

lorũz omniumqz ſanctorũ in ſancto paradiſo tuo me ꝓſeuerare facias/qui es benedictus in ſcła ſcłorum. Amen.

Oratio deuota de recordatione paſſionis chriſti. Ca. xlj.

Domie ieſuchriſte/redẽptio mea/miſericordia mea/ſaluſ mea/te laudo:tibi gr̃as ago: q̃uis valde imparer tuis beneficijs/q̃uis multũ exptes deuotionis/q̃uis macras a deſiderata pigredine/dulciſſimi tui affectꝰ: tamẽ qualeſcũqz gr̃as:nõ quales ſcio me debere ſed ſicut poteſt conari/tibi perſoluit aĩa mea/ſpes cordis mei:virtuſ aie mee:cõpleat tua potẽtiſſima dignitas quod conatur mea tepidiſſima imbecillitas:vita mea:tu finis intentionis mee/et ſi nondũ merui tantũ/q̃tuz debitor ſum amare:vtiqz ſaltẽ deſidero te

Universidad de Deusto Biblioteca

amare quantũ ꝺbeo: illuminatio mea
tu vides cõscientiã meã: qꝛ dñe ante te
est oẽ desideriũ meũ/et tu dñe siquid be
ne vult cõscientia mea. si bonũ est dñe
qꝺ inspiras ĩmo q̃a bonũ est vt te veliz
amare da quod me facis velle. davt q̃n
tũ iubes/tantũ te merear amare: lau=
des et gr̃as effero nesit mihi donuz tu=
um infructuosum/quod tua spõtanea
dedisti voluntate: ꝑfice qꝺ incepisti/et
dona quod me benigne p̃ueniendo im
meritũ desiderare fecisti. Cõuerte be=
nignissime meũ torporez inferuertissi=
mũ tui amorẽ. ad hoc clemẽtissime ten
dit hec or̃o mea/hec memoria benefici
oꝝ tuoꝝ/vt accẽdas in me tuũ amorẽ.
tua me dñe bonitas creauit/tua misi=
cordia creatũ ab originali peccato mũ
dauit/ tua patiẽtia/post illã emũdatio
nẽ babtismi in alijs peccatoꝝ sordibus

inuolutũ hacten⁹ tolerauit nutriuit ⁊
expectauit. expectas tu bõe dñe correc
tionẽ/expectat aĩa mea ad penitẽduz/
ad bene viuẽdũ tue gr̃e ĩspirationẽ. de⁹
me⁹/creator me⁹: tolerator ⁊ nutritor
me⁹/te sitio/te esurio/te ꝺsidero/ad te
suspiro et ꝯcupisco/et sicut pupill⁹ be=
nignissimi pr̃is orbat⁹ p̃sentia flens ⁊
eiulãs ĩcessant̃ ei⁹ dilectã faciẽ toto cor
de ãplectitur: sic ego nõ quantũ ꝺbeo/
sed q̃ntũ q̃o. memor passionis tue/me=
mor alapaꝝ tuaꝝ/memor flagelloruz/
memor vulneꝝ tuoꝝ/memor q̃lit̃ ꝓme
occisus es/q̃lit̃ ꝯdit⁹/q̃lit̃ sepult⁹: simt̃
memor tue gl̃iose resurrectionis/⁊ ad
mirabilis ascẽsiõis: hec ĩdubitata fide
teneo exilij mei erũnas defleo/sp̃o tui
aduẽt⁹ solã ꝯsolationẽ/ ardẽt̃ ꝺsidero
tui vult⁹ gl̃iosaz ꝯtẽplationẽ. Heu mi
hi qꝛ videre nõ potui dñum ãgeloꝝ hu

Universidad de Deusto
Biblioteca

miliatū ad ꝙuersationē hominū vt ho
miēs exaltaret ad ꝙuersationē ageloꝝ/
quū deꝰ offēsus moꝛiebat vt pcoꝛ viue
ret. ¶Heu ꝙ tā admirabili/tā iestimabi
li pietati p̄sens obstupescere nō mꝛui.
cur o aīa mea te p̄serti nō trāsfigit gla
diꝰ doloꝛis/acutissimi quū ferre nō pos
ses vl̄nerari lācea latꝰ tui saluatoꝛis:
quū videre nequres violari clauis pedes
ꝛ manꝰ tui plasmatoꝛis: cū hoꝛrore ef
fūdi sanguinē tui redēptoꝛis: cur nō es
iebꝛiata lachꝛymarū amaritudīe quuz
ille potaret amaritudie fellis? ¶Cur nō
es cōpassa castissīe ṽgini: dignissīe mꝛi
eiꝰ/dignissīe dñe tue/dña mea mirꝛicoꝛ
dissima quos fōtes dicā erupisse ō tuis
pudicissimis oculis/quū attēderes vni
cū filiū tuuz īnocētez coꝛā te ligari/fla
gellari ꝛ mactari. quos fletꝰ credā pfu
disse pijssimū tuū vultū quū suspiceres

eundē filiū tuū deuz ꝛ dñuz tuū in cru
ce sine culpa extendi/et carnē de carne
tua ab īpijs crudelit ōsecari? qbus sin
gultibꝰ extimabo purissimū pectꝰ tuū
vexatū esse quū tu audires: mulier ecce
filiꝰ tuꝰ: ꝛ discipulus ecce mꝛ tua: quū
acciperes discipulū ꝑ magistro: ꝑnum
ꝑ dño? vtinā cū felice ioseph dñum meū
ꝺ cruce ꝺposuissem/aromatibus ꝙdi-
dissem/ī sepulchꝛo collocassez/vt saltez
ꝑsecutꝰ vel ꝙsecutꝰ essem/vt tāto fune
rī nō defuisset aliq̄d mei obseq̄j. vtinaz
cuz bt̄is mulieribus coꝛusca visiōe an-
geloꝝ essem territꝰ et audissez nūtiuz
dñice resurrectionis/nuntiuz mee ꝙso
latiōis/nuntiū tā expectatuz/nuntiuz
tā desideratū. Vtinā inꝙ audissem ex
oꝛe angeli: nolite timere: vos iesuz q̄ri
tis crucifixū: surrexit/nō est hic. benig
nissime/ suauissime/ serenissime/q̄ndo

instaurabilis mihi/qꝛ nõ vidi illã beate carnis incoꝛruptionẽ:qꝛ non fui deosculatꝰ loca vulnerũ/fixurã clauoꝛũ: qꝛ non resꝑsi lachꝛymis gaudij cicatrices coꝛporis ꝟi:admirabilis/inestimabilis/incõparabilis/quãdo ꝯsolaberis et cõpesces me a doloꝛe meo? nõ enĩ capit in me doloꝛ meꝰ ꝙ̃ diu ꝑegrinꝰ sum a dño meo. Heu mihi dñe/heu anime mee/recesisti ꝯsolatoꝛ aĩe mee/nec vale dixisti ĩgrediens vias tuas benedixisti tuis nec affui. eleuatis manibꝰ anube susceptꝰ es in celũ/nec vidi ãgeli ꝓmiserũt te rediturũ/nec audiui. q̃d dicã? q̃d faciã? quo vadã? vbi euꝫ q̃ram? vel quãdo ĩueniã? quẽ rogabo? q̃s nuntiabit dilecto/quia amoꝛe lãgueo? defecit gaudiũ coꝛdis mei. ꝟsus est in luctũ risus meꝰ: defecit caro mea et coꝛ meũ: ꝺus coꝛdis mei/et parꝰ mea deꝰ in eꝛnũ.

rẽuit ꝯsolari aĩa mea nisi ꝺ te dulcedo mea/q̃d enĩ mihi est in celo/ꝛ ate quid volui suꝑ te terraã? te volo/te sꝑo/te q̃ro/tibi dixit coꝛ meũ: q̃siui vultũ tuuꝫ: vultũ tuũ dñe req̃rã/ne auertas faciez tuã ame amatoꝛ hominum benignissime/tibi ꝺrelictꝰ est pauꝑ: oꝛphano tu eris adiutoꝛ. Mi aduocate tutissime/miſere mei oꝛphani ꝺrelicti/pupillus factꝰ sum absqꝫ patre/aĩa mea q̃si vidua. respice oꝛbitatis et viduitatis m̃e lachꝛymas quas tibi offero donec redeas. eia iã dñe eia/appare mihi et ꝯsolatus ero. exhibe ꝑsentiã tuã/et consecutus ero desideriũ meũ. reuela gloꝛiam tuã/et eris ꝑfectũ gaudiuꝫ meũ. Sitiuit in te aĩa mea/ꝙ̃ multipliciter tibi caro mea. Sitiuit aĩa mea ad deũ fontem viuũ: quando veniã et apparebo ante faciez domini? quando venies cõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

somno. ecce tetẽdit ante pedes nr̃os la
queos infinitos: et oẽs vias nr̃as vari

is repleuit decipulis adcapiẽdas aĩas
nr̃as. et quis effugiet? laqueos posuit
indiuitijs: laq̃os posuit in pauꝑtate:
laq̃os tetẽdit in cibo/in potu in volup
tate/in somno et in vigilia: laq̃os po=
suit in v̄bo/et in ope/et in oĩ vita nr̃a.
sed tu dñe libera nos de laq̃o venantiũ
et a verbo aspo vt cõfiteamur tibi dicẽ
tes/benedictus dñs q̃ non dedit nos in
captionez dentibus eoꝝ. aĩa nr̃a sicut
passer erepta est de laq̃o venantium la
q̃us contritus est et nos liberati sumꝰ.

¶ Quod deus est lux iusto=rum. Ca. xvij.

ET tu q̃dem dñe lux mea illumina
oculos meos/vt videã lumẽ: ꝛ am
bulẽ in lumine tuo/et non impĩgar in
laq̃os eius. quis enĩ euadet laq̃os istos
multos/nisi videat eos? et quis videbit

Universidad de Deusto Biblioteca

eos nisi quē illuminaueris lumīe tuo:
ip̄e enī pat̄ tenebraꝝ laq̄os suos abscō
dit in tenebris suis: vt capiātur in eis
oēs q̄ sunt in tenebris suis: q̄ sunt filij
tenebraꝝ haꝝ/non vidētes lumē tuuz:
in quo q̄ ambulat non timebit: q̄ enim
ambulat in die nō offendit: q̄ autez in
nocte ambulat/offendit: qꝛ lux non est
in eo. tu lux dn̄e tu lux filioꝝ lucis: tu di
es q̄ nescis occasuz in q̄ ambulant filij
tui sine offensione: et sine qua omnes q̄
ambulāt in tenebris sunt: qꝛ te lucē mū
di non habēt. ecce quotidie cernimus:
qꝛ quo magis ate vero lumīe quis elon
gatur/eo magis peccatoꝝ inuoluitur
tenebris: et quo magis ē in tenebris: eo
minus videt laq̄os ī via sua et ideo mi
nus cognoscit: et id circo sepius capi-
tur/et cadit in eis: et quod est horribili
us/etiā se cecidisse ignorat. q̄ v̄o suum

casum ignorat/eo minus curat surge-
re: quanto se existimat adhuc stare. tu
v̄o lux mētis dn̄e deus meus nunc illu-
mina oculos meos/vt videā et cognos
cā: ne corruā in conspectu aduersario-
rū tuoꝝ. et enī in ext̄minium nr̄m labo
rat inimicus nr̄: quē petimꝰ vt facias
liq̄fieri a facie nr̄a sicut cera liquescit
a facie ignis. qm̄ dn̄e ipse est latro/pri-
mus est et vltimus/q̄ consiliuz fecit vt
raperet gloriā tuā: qm̄ inflatꝰ et elatꝰ
crepuit et cecidit in faciē suā: et deiecis
ti eū de mōte sancto tuo: et de medio la
pidū ignitoꝝ: in quorū medio ambula
uit. et nūc vita mea dn̄e deus meus/ex
quo cecidit nō cessat ꝑseq̄ filios tuos.
et in odiū tuuz/o rex magne cupit ꝑde
re hanc creaturā tuam quā creauit oī
potēs bonitas tua/ad imaginē tuā/vt
possideat gloriā tuam/quā ip̄e ꝑdidit

p superbiã suã. sed eõtere eũ fortis nos
ter añ nos agnos tuos deuoret: et il=
lumina nos vt videam⁹ laqos quos ip
se parauit: et euadamus ad te/o letitia
israel/et hec oia tu dñe melius nosti: q̃
nosti ꝓtentionẽ eius/et ceruicẽ eius du
rissimã. nec hoc dico vt ostendã tibi: q̃
omnia vides/et nulla te latet cogitatio:
sed ante pedes tue maiestatis de inimi
co meo q̃rimonia3 facio: iudex esne vt
et ipm dãnes/et nos filios tuos saues/
quorũ fortitudo tu es vsutus est enim
dñe iste hostis/et tortuosus: nec facile
deprehendi possunt circuit⁹ vie eius: nec
cognosci species vult⁹ eius nisi tu illu=
mines. Nã nunc hic nũc illic: nunc ag
nũ nunc lupũ/nunc tenebras: nũc lucẽ
se ostẽdit: et singulis qbus libet q̃libeti
bus locis et tẽporibus secundũ varias
rerũ mutationes/varias exhibet tẽp=

tationes. nã vt tristes decipiat trista=
tur et ipe vt gaudẽtes illudat/fingit se
et ipe gaudere: vt spiritales ofraudet/
in angelũ lucis se trãsfigurat: vt fortes
cõprimat apparet agn⁹: vt mites duo
ret apparet lup⁹. hec qdem oia secũdũ
similitudinẽ variarũ tẽptationũ effici
habet: sicut alios atimore nocturno/a
lios asagitta volãte in die/alios anego
cio pambulãte in tenebris/alios vero
ab incursu/alios a demonio meridia=
no. et adhec quis idone⁹ vt cognoscat:
et astucias ei⁹ quis cognouit: quis re=
uelabit speciẽ indumẽti eius? et gy⁹um
dentiũ eius quis agnoscet: en abscon=
dit sagittas suas in pharetra: et laqos
suos abscõdit subspecie lucis: et hoc dif
ficilius perpenditur/nisi ate dñe spes
nra lumẽ assumamus/vt videam⁹ oia
nã non solũ in carnis operibus q̃ de fa

cili cognoscũtur/nec tãtum in ipsis vitijs/sed in ipis spiritalibus exercitijs laqos abscondit subtiles: et sub virtutũ colore ipa vitia induit/et trãsmutat se in angelũ lucis. hec et multa alia nititur cõtra nos ipe filius belial/ipe satã/dñe deus nr̃: et nunc vt leo/nunc vt draco/manifeste et occulte intus et extra/die ac nocte insidiatur vt rapiat animas nr̃as. et tu eripe nos dñe q̃ saluas sperãtes in te: vt ipe de nobis doleat/et tu lauderis in nobis dñe deus noster.

ITerum de beneficijs dei. Ca. xviij.

BOna aũt filius ancille tue q̃ me cõmẽdauit manui tue: iam his meis paupculis cõfessionibus confitear tibi liberatori meo toto corde meo: et recolã ad mentẽ meam oia bona q̃ fecisti

mihi adiuuẽtute mea/in oĩ vita mea/ scio nãqz q̃ ingratitudo multũ tibi displiceat: q̃ est radix totius mali spiritalis/et vent⁹ quidã desiccãs et vrens oẽ bonũ/obstruens fontez diuine misericordie tue sup hominẽ: q̃ et mala mortua iã oriuntur/et viua iã opera moriuntur et vltra nõ adipiscuntur. et ego dñe gr̃as tibi agã/ne sim ingratus tibi liberator meus: qm̃ liberasti me. quotiens me iã absorbuerat ille draco: et tu dñe ab ore ei⁹ extraxisti me? quotiens ego peccaui/et ipe parat⁹ fuit deglutire me: sed tu dñe dñe deus meus defendisti me/cõtra te/iniq̃ agebã/quũ tua mãdata frangebã: stabat ipe paratus vt me raperet ad infernũ: sed tu phibebas. ego te offendebã/et tu ẽ defendebas. ego te nõ timebã/et tu me custodiebas ate recedebã/et inimico meo me exhi-

bebaz: tu ipm ne me acciperet deterrebas/ hec mihi tu dñe deus meꝰ beneficia cõferebas: et ego miser nõ cognoscebã/ sic enĩ me multotiens a faucibus diaboli liberasti: ỗ ore leonis eripuisti: et ab inferno licet nescientẽ me multis vicibus reduxisti/ descendi enĩ vsqz ad portas iferni: et ne illuc intrarẽ tu me tenuisti appropiquabã vsqz ad portas mortis: et ne me ipe caperent tu fecisti de morte etiã corporis sepius eripuisti me saluator meus: quũ graues morbi tenerẽt me quũ fui in piculis multis/ p mare p terras ab igne et gladio/ ꝛ ab oĩ piculo liberans/ semp mihi astans ꝛ misericordiẽ saluans. sciebas tu qdem dñe: qz si tunc moꝛs me occupasset: infernus aiam meã suscepisset: et perpetuo dãnatꝰ fuissem: sed tua misericordia et tua gra ꝓuenit me: eripiens me

de morte corporis/ et de morte aĩe dñe deus meus. hec et multa alia mihi tua beneficia exhibuisti: et ego erã cecus ꝛ nõ cognoui donec illuminasti me/ nũc igitur lux aĩe mee dñe deus meus/ vita mea/ per quã viuo/ lumẽ oculoꝝ meoꝝ p quod video: en illuminasti me et cognosco te: qz viuo p te: et gras ago tibi licet viles/ et exiles: et impares beneficiis tuis: qles habet mea fragilitas offero. qm̃ tu es solus deus meus/ creator meus benignꝰ: q amas nras aias et nihil odisti eoꝝ q̃ fecisti. en ego primus inter peccatores quos saluasti: vt exemplũ aliis tribuã benignissime pietatis tue. cõfitear tibi beneficia tua magna: quoniaz eripuisti me de inferno inferiori semel et secũdo/ et tertio/ et centies et millies: et ego semp ad infernum tẽdebam/ et tu me semp reducebas: et

Universidad de Deusto Biblioteca

iuste millies dānasses me si voluisses:
noluisti/quia amas aīas/et dissimulas
peccata hominū ꝓpt̄ penitētiam/dñe
deus meꝰ multe miſicordie in oībus vi
is tuis. nūc ergo video hec dñe deꝰ me=
us/et cognosco ꝑ lumen tuū: et deficit
aīa mea in misericordia tua magna q̄
est sup̄ me quoniā eripuisti aīam meaꝫ
ex inferno inferiori: et me ad vitam re
duxisti. totꝰ enī erā in morte: totuꝫ me
resuscitasti. tuū igitur sit totū id quod
viuo: et totꝰ totū me tibi offero. totus
spiritꝰ/totū cor: totū corpus: tota vita
mea viuat tibi/vita mea dulcis: quoni
am totū me liberasti/vt totū me possi=
deres: totū me refecisti vt totuꝫ me re=
haberes. diligā te igitur dñe v̄tus mea:
diligā te ineffabilis exultatio mea: et vi
uat iā nō mihi/sed tibi tota vita mea:
q̄ perierat miseria mea/resuscitata est

in misericordia tua: q̄ es deus miseri=
cors et miserator: ⁊ multe misericordie
in milia/his q̄ diligunt nomē tuum. id
circo dñe deus meꝰ sanctificator meus
iussisti mihi lege tua: vt diligaꝫ te toto
corde meo/tota anima mea tota mēte
mea/tota fortitudine mea: et totis vi=
ribus meis/et etiā ex intimis medullis
cordis mei: oībus horis et momentis
q̄bus fruor bonis misericordie tue: quo
niā semp̄ perirē/nisi qꝛ semp̄ regis me:
semp̄ morerer nisi qꝛ semper me viuifi
cas: et oī momēto me tibi obligas/duꝫ
oī momēto mihi tua magna benificia
prestas. sicut ergo nulla est hora vel pū
ctus in oī vita mea/quo tuo benificio/
nō vtar: sic nullū debet esse momentū/
quo te nō habeam ante oculos in mea
memoria: et te nō diligā ex oī fortitudi
ne mea. sed nec hoc valeo nisi tu dede=

Universidad de Deusto Biblioteca

ris mihi: cuius est oē donū bonū/et oē
datū obtimū descendens a patre lumi=
num: apud quem nō est transmutatio
nec vicissitudinis obūbratio. non eniz
est volentis neqz currētis/sed tui mise
rētis/vt diligam⁹ te. tuum est dñe hoc
donum/cuius ē oē bonū. iube te diligi:
da quod iubes/et iube quod vis.

¶ De feruore dilectionis vel charitatis. Ca.xx.

AMo te deus me⁹/magisqz semꝑ
amare cupio: quia tu es reuera oī
melle dulcior: oī lacte nutribilior: et oī
luce clarior/id circo suꝑ oē aurū/et ar=
gentū et lapidē p̄ciosum es mihi chari
or: displicebat enī mihi quicq̄d agebaz
in seculo pre dulcedine tua/et d̄core do
mus tue quā dilexi. O ignis q̄ semꝑ ar
des et nūq̄ extingueris o amor q̄ semꝑ

ferues et nūq̄ tepescis/accende me. ac
cendar inq̄ tot⁹ ate/vt totus diligam
te. minus enī te amat q̄ tecū aliquid a=
mat quod non ꝓpt̄ te amat. diligaz te
dñe/qm̄ tu prior dilexisti me/ꝛ vnde mi
hi verbum vt explicē signa dilectionis
tue/maxime ergo me propt̄ innumera
benificia tua/q̄bus a p̄ricipio educasti
me post beneficiū nēpe creationis quā
do in p̄ricipio de nihilo ad imaginē tu=
am creasti me honorificās et exaltans
me int̄ eas creaturas quas fecisti: et no
bilitās lumine vultus tui quo signasti
suꝑliminare cordis mei/quo ab insen=
sibilibus parit̄ et sensibilibus brutis dis
creuisti me/et paulominus ab angelis
minuisti. paꝝ et hoc fuit ante conspec=
tū diuinitatis tue: quoniā quotidiāis:
et singularibus maximisqz donarijs
tuoꝝ beneficioruz me sine int̄missione

nutriuisti: et quasi filiũ tuũ paruulum tenellũ vberibus tue cõsolationis lactasti/et cõfortasti me. vt enĩ tibi totus seruirem/oĩa quecunqz fecisti in meuz seruitium tradidisti.

¶ Quod deus subiecit omnia seruituti hominum. Ca. xx.

OMnia sub pedibus hominis subiecisti: vt solus homo totus tibi subijceretur et vt tuus totꝰ homo esset sup oĩa opa tua dominatus est homo. exteriora nẽpe ꝓ corpore cũcta creasti: ipsum vero corpꝰ pro aĩa aĩam vero ꝓ te vt tibi soli vacaret: et te solum amaret/possidens te adsolatiũ: inferiora vero ad seruitiuz quicq̃d enĩ celi ambitu cõtinetur inferius ab aĩa humana est: q̃ facta ẽ vt summũ bonũ superius possideret/cuius possesione bt̃a fieret: cui

si adheserit cunctoꝝ mutabiliũ inferiorum necessitudines supgrediens illius summe maiestatis cuius emulatur speciem/et̃ne ĩmortalitatis faciẽ cuz serenitate videbit. tunc v̄o illis bonis optimis fruetur in domo dñi/quoꝝ comparatione cuncta q̃ hic cernimꝰ velut nihil cõputantur. illa sunt q̃ oculus nõ vidit/nec auris audiuit nec in cor hominis ascẽderunt q̃ p̃parauit deus diligẽtibus se/et hec q̃dez dñe daturꝰ es aĩe/his etiã quotidie letificas aĩas seruoꝝ tuoꝝ/q̃ amas aĩas: quid miror hec dñe deu meꝰ: imaginẽ q̃ppe tuã honorificas: et similitudinẽ tuã ad quã create sunt: nam et corpore nr̃o licet adhuc corruptibili et ignobili/vt videret dedisti celi claritatẽ ꝑ manũ ministroruz tuoꝝ indefessorum solis ⁊ lune: q̃ p̃cepto tuo iugit̃ die ac nocte d̃seruiũt filijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuis: vt spiraret/largit⁹ es aeris puri-
tatē: vt audiret sonoꝝ varietates: vt o
doraret odoꝝ suauitates: vt gustaret
sapoꝝ q̄litates: vt cōtrectaret d̄disti cor
pulētiū oīum grossitates. adiuuamēta
suis necessitatibus dedisti iumēta/vo-
lucres quoqz celi/et pisces maris/ꝛ fru
ct⁹ t̄re ad reficiendū īpendisti. medici-
nas de t̄ra ꝓpt̄ singulas q̄sqz suas cor
ruptelas creasti: singula solatia. singu
lis malis obuiantia preparasti: quoni
am es misericors/et mis̄ator: et nouisti
figmentuz nr̄uz/figulus noster: et nos
oēs quasi lutum in manu tua.

¶ Quod ex consideratiōe bo-
noruz temporalium colligitur magni-
tudo celestis consilij. Ca. xxj.

EN aperiatur mihi misericordia
tua magna lumine tuo illustra q̄

so magis adhuc vt mihi magis aperia
tur. Naz ex his minimis tua magna/
et ex his visibilibus tua inuisibilia cō-
prehendimus dn̄e deus sancte/et bone
creator nr̄. si eniz mi dn̄e ꝓ hoc corpore
ignobili et corruptibili tā magna et in
numera benificia p̄stas a celo et aere/
a terra et mari/aluce et tenebris/aca-
lore et vmbra/rore et imbre vētis et plu
uijs: volucribus et piscibus: bestijs et
arboribus: et multiplicitate herbaꝝ et
germinū t̄re: et cunctaꝝ creaturarum
tuaꝝ ministerio nobis successiue ꝑ sua
tēpora ministrantiū/vt alleues fastidi
um nr̄um: q̄lia q̄so/et q̄ꝫ magna est īnu
merabilia erunt illa bona q̄ preparasti
diligētibus te/in illa celesti patria vbi
te videbim⁹ facie ad faciē si tanta facis
nobis in carcere quid ages in palacio?
magna ꝛ innumerabilia sunt opa tua

dñe rex celoꝝ. quũ enĩ sint hec oĩa valde bona/et delectabilia: q̃ bonis pariꝫ et malis cõmunia tradidisti: qualia futura sunt illa q̃ solis bonis recõdisti: si tã ĩnumera et varia dona tua/q̃ nunc amicis pariꝫ tribuis et inimicis: quaꝫ magna et ĩnumerabilia/q̃ dulcia et delectabilia q̃ solis tuis es largiturus amicis. si tãta solatia in hac die lachrymarũ/quãta cõferes in die nuptiarũ? si tãta delectabilia cõtinet carcer: quãta queso cõtinet patria? oculus nõ vidit/deus absq̃ te q̃ preparasti diligentibus te. secundũ enĩ magnã multitudinẽ magnificẽtie tue/est etiã multitudo magna dulcedinis tue/quã abscondisti timẽtibus te: magnꝰ/enĩ tu es dñe deus meꝰ et ĩmensus: nec ẽ finis magnitudinis tue: nec est numerus sapientie: nec ẽ mẽsura benignitatis tue/nec

ẽ finis/nec numerus nec mẽsura retributionis tue: sed sicut magnus es tu/ita magna sunt donaria tua: quoniaꝫ tu ipse premium et donum omniuꝫ legitimoruꝫ tuoruꝫ pugnatoruꝫ.

¶Quod diuina dulcedo omnem presentem mundi amaritudinẽ tollit. Ca.xxij.

HEc sunt beneficia magna tua dñe deus sanctificatoꝛ sanctoꝝ tuoꝝ/q̃bus repleturus es inopiã esurientiũ filioꝝ tuoruꝫ: quoniã tu es spes desperatoꝝ/et cõsolatio desolatoꝝ: tu coꝛona spei q̃ oꝛnata ẽ gloria preparata vicẽtibus. tu famelicoꝝ satietas ẽterna dãda esuriẽtibus/tu cõsolatio sempiterna: q̃ solis illis te tribuis q̃ cõsolationem huius mũdi p̃tua ꝓpetua consolatiõe cõtẽnunt nã q̃ hic consolãtur indigni

Universidad de Deusto
Biblioteca

tua cõsolatione habẽtur sed q̃ hic cruciantur ate cõsolãtur: et q̃ participãt passionibus/participãt et cõsolationibus/nemo enĩz potest in vtroqz seculo cõsolari: nec potest q̃s hic et in futuro gaudere: sed vnũ necesse est vt ꝑdat qui alterũ voluerit possidere/hec vbi cõsidero dñe cõsolator meꝰ in hac vita renuit cõsolari aĩa mea vt digna habeatur tuis cõsolationibus eẽnis: qr iustũ est vt amittat te q̃cunqz in aliquo alio magis ꝓsolari eligit q̃ in te. et obsecro summa veritas te ꝑte/nõ ꝑmittas me in aliqua cõsolatione vanã cõsolari q̃ in te: sed peto vt oĩa mihi amarescãt: vt tu solus dulcis appareas aĩe mee q̃ es dulcedo inestimabilis/ꝑ quã cuncta amara dulcorãtur. tua enĩ dulcedo stephano lapides torrẽtis dulcorauit: tua dulcedo craticulã beato laurentio dul

cẽ fecit: ꝑ tua dulcedine ibant apostoli gaudẽtes a cõspectu cõsilij: quoniam digni habiti sunt ꝑ nomine tuo cõtumeliã pati. ibat andreas securꝰ ad crucẽ/et gaudẽs/quoniã ad tuã dulcedinẽ ꝑperabat/hec enĩ tua dulcedo ipos apostolorꝫ prĩcipes sic repleuit/vt ꝑ ipa crucis patibulũ vnꝰ eligeret: alĩ quoqz caput feriẽti gladio supponere non timeret. ꝑ hac emẽda bartholomeus ꝑpriã pellẽ dedit/ꝑ hac quoqz gustanda veneni poculũ intrepidus ioannes potauit. hanc vero vt gustauit petrus/ oĩum inferiorꝫ oblitus clamauit quasi ebrius dicẽs: dñe bonũ est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula: hic moremur/te cõtẽplemur qr nullo alio indigemus: sufficit nobis dñe videre te: sufficit inqt tãta dulcedine satiari vnã enĩ stillam dulcedinis/ille gustauit/et

omnē aliā fastidiuit dulcedinem. quid putas dixisses si magnā illā multitudinē dulcedinis diuinitatis tue gustasset/ quā abscōdisti timētibus te? hanc tuā dulcedinē ineffabilē/et illa gustauerat virgo/de qua legim⁹ q̄ letissima et gloriant ibat ad carcerē/q̄si ad epulas inuitata. hāc vt reor et ipe gustauerat q̄ dicebat: q̄ magna multitudo/dulcedinis tue dñe quā abscōdisti timētib⁹ te: q̄q̄ monebat: gustate ⁊ videte/qm̄ suauis ē dñs. hec ē enī illa beatitudo dñe deus nr̄ quā expectam⁹ daturū te nobis: p̄ qua tibi dñe cōtinue militamus: p̄ro q̄ tibi mortificamur tota die/vt in tua vita tibi viuamus.

¶ Quod tota spes nostra et desiderium cordis nostri debeat esse in deum. Ca. xxiii.

Quātur dñe expectatio israel: desiderīū ad quod suspirat cor nr̄um quotidie/festina ne tardaueris. surge ppera et veni/vt educas nos ō isto carcere ad cōfitenduz nomini tuo: vt gloriemur in lumine tuo. api aures tuas damoribus lachrymarū pupillorū tuorū: q̄ clamāt ad te: pat nr̄: da nobis hodie panē nostrū quotidianuz: in cuius fortitudine ambulemus die/ac nocte/ vsq̄z quo ꝓueniam⁹ ad montē sanctuz tuuz oreb. et ego puulus int̄ paruulos familie tue/deus pat et virt⁹ mea/quādo veniā et apparebo āte faciē tuā: vt q̄ nunc tibi cōfiteor ad tempus/ex tūc cōfitear tibi in eternuz: beat⁹ ero si fuero admissus ad videndū claritatē tuā/ quis mihi hoc tribuat vt adhoc venire ꝓmittas me? scio dñe scio et confiteor me indignū vt intrē sub tectuz tuū: sed

fac ppt honorē tuū: et ne cōfundas in te sperātē seruū tuuz. et qs intrabit in sanctuariū tuū ad ꝓsiderādas potētias tuas/nisi tu apias: quis aūt aperiet si tu clauseris: si enī destruxeris/nemo ē q edificet. et si īcluseris hominē/nemo ē q aperiat. si cōtinueris aqs oīa siccabūtur: et si emiseris eas subuertēt terrā: si oīa que fecisti ad nihilū redigas: quis ꝓtradicet tibi: porro sempiterna bonitas misericordie tue qua fecisti oīa quecūqz voluisti: tu nos fecisti/fabricator mundi/rege nos: tu nos creasti/ne sperna nos/qr opa tua sum⁹. et qdem dñe de⁹ nr̄: nos lutū et vmiculi nō valemus in tuas ecclitates intrare nisi tu induxeris/q de nihilo cūcta creasti.

¶Quod salus nostra ex deo est. Ca. xxiiij.

Ego aūt opus manuū tuarū confitebor tibi in timore tuo qr nō in arcu meo sperabo: et gladius me⁹ non saluabit me: sed dextera tua et brachiū tuū/et illuminatio vult⁹ tui: alioquin desperarē: qm̄ spes mea tu es q creasti me: qm̄ non dereliquis sperātes in te. tu qppe es dñs deus nr̄ suauis et patiens in misericordia disponēs oīa/nam si peccauerim⁹ tui sumus: si nō peccauerim⁹ tui sumus: qm̄ apud te sumus cōputati. nos enī foliū vniuersi: et vanitas est oīs homo viuēs: et ventus est vita nr̄a sup terrā. ne irascaris si cadimus pupilli tui: qm̄ tu nosti figmentū nr̄um dñe deus nr̄. nū deus inextimabilis fortitudinis contra foliū quod a vēto rapitur ostēdere vis potentiā tuam: et stipulā siccā ꝓsequeris: nū damnabis rex israel ecclne canē vnū: nū dam

nabis puliçē vnū: audiuim⁹ de miseri
cordia tuā dñe: qñ tu mortē non facis
nec letaris in pditione morientiū. ppt
hoc dñe oramus te: ne ꝓmittas domi-
nari quod nō fecisti/huic creature tue
quā fecisti. si enī doles de pditione: qd
te ꝓhibet dñe/qui oīa potes/ne semple
teris ō nra saluatione: siuis potes me
saluare: ego aūt et si vellē non possem/
magna est multitudo miseriaꝝ mearū
mecū. velle ꝺppe mihi adiacet: pficere
aūt nō inuenio. velle qō bonū ē nō pos
sum/nisi tu velis: nec quod volo possuꝫ
nisi tua potētia me confortet/et quod
possum aliquādo nolo/nisi tua volun-
tas fiat sicut in celo et in tra/et quod
volo et possum ignoro: nisi tua sapien-
tia me illustret. et si etiā sciā quandoqꝫ
volens/qñqꝫ valēs/impfecta et vacua
trāsit sapiētia mea/nisi adiuuetur ave

ra sapiētia tua. in tua aūt volūtate cū
cta sunt posita: et nō est ꝙ possit resiste-
re volūtati tue/dñe vniuersorū/prīci-
patū tenens oīs carnis: et quecūqꝫ vis
facis in celo et in tra: in mari/et in oī-
bus abyssis. in nobis igitur fiat volun
tas tua: sup ꝙbus inuocatū est nomen
tuū: ne peat hoc nobile plasma tuū qō
creasti ꝓpt honorē tuū. et quis homo
natus de muliere viuet/et non videbit
mortē? et eripiat aīam suam de manu
inferi: nisi tu solus eripias vita vitalis
omnis vite/per quem omnia viuunt?

¶ Quod voluntas humana ineficax sit ad bona opera sine diuina gratia. Ca.xxv.

ET enī iā tibi cōfessus sum laus vi
te mee dñe deus me⁹ virt⁹ salutis
mee. sperabā aliquādo in virtute mea/

Universidad de Deusto Biblioteca

q̄ tamē non erat virtꝰ. et quū sic volui
currere: vbi magis stare credebam/ibi
magis cecidi: factusqꝫ suꝫ magis retro
et nō ante: et quod credebā conseq̄/ma
gis elongatū est a me/sic ꝑ multa simi-
lia virēs meas ꝓbans/cognosco nunc
qꝛ illuminasti me: qm̄ quod magis cre
didi posse ꝑ me/minus semꝑ potui. di-
cebā enī hoc faciā/illud ꝑficiā: nec hoc
illud faciebā/aderat volūtas/non erat
facultas. aderat facultas non aderat
volūtas: qm̄ de meis viribus confide-
bā. nunc aūt confiteor tibi dn̄e deꝰ me-
us pat̄ celi ~~celi~~ et terre: qꝛ nō in fortitu
dine sua roborabitur vir: vt glorietur
ante te stulta p̄sumptio oīs carnis. nō
est/enī hominis velle qđ possit: aut pos
se qđ velit: vel scire qđ velit/et possit: sꝫ
potius a te gressus hominis dirigūtur:
illoꝝ inq̄ qui non a se/sed a te dirigi/se

confitētur. obsecramꝰ itaqꝫ ꝑ viscera
miſicordie tue: velis dn̄e saluare qđ cre
asti: qm̄ si vis potes nos saluare: et in
tua voluntate virtus est nr̄e salutis.

¶ De antiquis beneficijs dei. Ca. xxvj.

BEcordare miſicordie tue ātique:
qua nos a prīcipio in benedictiōi-
bus tue dulcedinis preuenisti. anteq̄/
enī nascerer ego filius ancille tue/dn̄e
spes mea ab vberibus/matris mee: tu
me p̄uenisti p̄parans mihi semitas q̄-
bus incederē et venirē ad gloriā domꝰ
tue: priusq̄ me formares in vtero no-
uisti me: et anteq̄ exirē de vulua q̄cq̄d
tibi placuit p̄ordinasti de me. q̄ et q̄lia
sint in libro tuo scripta de me in secre-
to cōsistorij tui: ego quidē ignoro/vn-
de et valde timeo: tu vero nosti: qm̄ qđ

ego psuccessus dieꝝ et temporꝝ hinc ad mille annos huiꝰ tēporalitatis expecto/in cōspectu eternitatis tue iā factum est:et qđ futurū est iā factū est.ego aūt stans in hac nocte tenebrosa hec ignorās/timor et tremor venerūt sup me: duz video mihi vndiqz īminere multa pricula:amultis quoqz hostibus venari:multitudineqz innumeraꝝ miseriarū in hac vita me circūdari.et nisi in tātis malis affoꝛet mihi tuū adminiculū desperarē/sed spes mihi magna subest de te mitissime prīceps deus meꝰ: et cōsideratio multitudinis miserationum tuarū/q̄ apud te sunt/subleuat mentē meā/et precedentia signa misericordie tue/q̄ me anteq̄ nascerer p̄uenerunt: et nunc specialit in me effulserunt/de futuris benignitatis tue melioꝛibus t pfectioꝛibus muneribus/q̄ amicis tuis reseruas/spē meā admonet/vt in te letetur dñe deꝰ meꝰ leticia scā et viua: qua semp letificas iuuentutem meaz.

De angelis deputatis ad custodiam hominum. Ca.xxvij.

DIlexisti enī me vnice/amoꝛ meus anteq̄ diligerē te: et ad imaginez tuā creasti me:oībus creaturis tuis p̄ posuisti me: quā dignitatē tunc quidē seruo quum noueri te/ppt̄ quē fecisti me.insup facis angelos tuos spiritus ppt̄ me:qbus mādasti vt custodiāt me in oībus vijs meis:ne forte offendā ad lapidez pedē meū. hi enī sunt custodes sup muꝝos ciuitatis tue noue hierusalē:et mōtes in circuitu eius vigilātes et custodiētes vigilias noctis sup gregez tuuz: nequādo rapiat vt leo aīas nr̄as dū nō esset q̄ eriperet:ille antiquus ser

pens aduersarius nr diabolus q quasi leo rugiēs semp circuit q̄rens quē deuoret. Hi sunt ciues beate ciuitatis supne hierusalē q̄ sursum est mat nra/in ministeriū missi ppt eos q hereditatez capiūt salutis: vt eos liberēt ab inimicis suis/et custodiāt in oībus vijs suis: cōfortent quoqz et moneāt: et orationes filioꝝ tuoꝝ offerāt in cōspectu glorie maiestatis tue. diligūt nēpe conciues suos/p quos sue ruine scissuras instaurari expectāt. ideoqz magna cura et vigilanti studio assunt nobis oībus horis et locis/succurrētes et puidētes necessitatibus nris: et sollicīti discurrētes int nos et te dne: gemitꝰ nros atqz suspiria referētes ad te: vt inpetrēt nobis facilē tue benignitatis ppitiationē et referāt ad nos desideratā tue gratie benedictionē. ambulāt enī nobiscuz in

oībus vijs nris: intrāt et exeunt nobiscū: attente cōsiderantes q̄p pie/q̄p qz honeste in medio praue nationis cōuersemur: quātoqz studio et desiderio q̄ramus regnū tuū/et iusticiā eius: quātoqz timore/et tremore seruiamꝰ/et exultemꝰ tibi in leticia cordis nri. adiuuāt laborātes: ptegunt descendentes: hortantur pugnātes: coronāt vincētes: congaudēt gaudētibus/de te inq̄ gaudētibus: cōpatiuntur patiētibusꝰ/p te inq̄ patiētibus. grādis ē eis cura d nobis. magnꝰ est affectꝰ dilectionis eoꝝ erga nos: et hoc totū ppt honorē tue inexti mabilis charitatis: qua dilexisti nos. diligūt enī quos tu diligis: custodiunt quos tu custodis: et deserūt quos tu d seris: nec diligūt opantes iniquitatez: qñ et tu odisti oēs opantes iniqtatez: et pdes oēs q̄ loquuntur mendatium.

quotiens bene agim⁹/gaudent angeli/ et tristātur demones. quotiēs a bono deuiamus/diabolū letificam⁹/et angelos tuos suo gaudio defraudam⁹: gaudiū est enī eis sup vno peccatore penitentiā agēte: sed diabolo sup vno iusto penitentiā deserēte. da igitur pacē eis semp gaudere de nobis: vt et tu semp per eos laudēris in nobis: et nos cum eis in vnū ouile tuū adducamur: vt cōfiteamur simℓ nomini sancto tuo creatoꝛ hominū/et angeloꝝ/hec ipe cōmemoꝛās coꝛā te/confiteoꝛ/laudās te: qm̄ beneficia tua magna sunt hec/quibus nos honoꝛificasti: dās nobis āgelos tuos spiritꝰ in ministeriū nr̄um/dederas enim quicqd celi ambitu cōtinetur: et quasi parua reputas hec q̄ sub celo sūt nisi adderes etiaz ea q̄ sunt sup celos. laudēt te dne de hocoēs angeli tui: con

fiteātur tibi de hoc oīa opa tua: et ipsi sancti tui tibi benedicāt. O honoꝛificētia nr̄a: nos nimis honoꝛificās et dītās/multis muneribus decoꝛast: admirabile est enī nomē tuū dne in vniuersa tra. quid est eniz homo/q magnificas eū: aut apponis erga eū coꝛ tuum? dixisti enī veritas antiq̄: delitie mee esse cū filijs hominū. nō ne homo putredo: et filius hominis vmis? nō ne vniuersa vanitas oīs homo viuēs? et dignū ducis sup huiꝰ cemodi apire oculos tuos: et adducere eū tecū in iuditium.

De pfunda predestinatione et prescientia dei. Ca. xxviij.

DOce me abyssus pfūdissima creatrix sapiētia: q̄ libraſti in pondere mōtes/et colles in statera/molem terre tribus digitis appēdisti: suspēde molē

corporalitatis huius quã gero/tribus inuisis digitis tuis ad te/vt videam et cognoscã/q̃ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa tra. lux antiqssima/q̃ lucebas ante omnẽ lucẽ in mõtibus sanctis eternitatis antiq̃:cui nuda et apta erant oĩa anteq̃ fierent lux q̃ odio habes omnẽ maculã: vt puta mũdissima et ĩmaculatissima:q̃ tibi delitie cũ homine: q̃ cõuentio lucis ad tenebras: vbi enim sunt in homine delitie tue: vbi p̃parasti tibi in me dignũ sanctuariũ maiestatis tue:ad quod introiens habeas delitias delectationis tue: munduz enĩ cenaculũ decet te mundãs virtus: q̃ nõ nisi amũdis cordibus videri potes/multo magis nec haberi. in hoc aũt vbi est tẽplũ tã mundũ vt te suscipiat/q̃ regis mundũ: quis potest facere munduz de inmũdo conceptũ semine: non ne tu q̃

solus es mũdus: ab inmũdo enim quis mũdabitur: nã et secundũ legẽ quã dedisti patribus nr̃is in igne cõburenti montẽ & innube tegente aquã tenebro sam: quicqd tetigerit ĩmundus immũdum erit. oẽs aũt nos quasi pãnus mẽstruate de massa corrupta et ĩmuda venimẽtes: maculã ĩmunditie nr̃e/quã çelare saltẽ tibi/qui oĩa vides/nõ possumus:in frõtibus enĩ portamus: quare mũdi esse nõ possumus nisi tu mundaueris/q̃ solus es mundus. mũdas aũt de nobis filijs hominũ eos in q̃bus tibi cõplacuit habitare: quos ab inaccessibilibus p̃fundis secretis iudicioꝝ incõprehensibiliũ sapientie tue/semp iustoꝝ licet occultoꝝ sine eoꝝ meritis predestinasti ante mundũ: vocasti ỏ mundo: iustificasti ĩmundo: et magnificas eos post mundũ. nõ oĩbus aũt hoc fa-

cis: qđ admirãtur tabescentes oẽs sapientes ẽre. et ego dñe hoc cõsiderans expauesco/et obstupesco de altitudine diuitiarũ sapiẽtie et sciẽtie tue: ad quã ego nõ ptingo: et incõprehensibilia iudicia iustitie tue: qm̃ ex eodez luto alia qdez facis vasa in honorẽ/alia vero in contumeliã sempit̃nam. quos igitur tibi elegisti/de multis in tẽpluz sanctuz tuũ ipos mundas: effundẽs sup eos aquã mundã: quoz noia numerũqz tu nosti: q solus numeras multitudinem stellarũ/et oĩbus eis noia vocas: q etiã scripte sunt in libro vite: q nequaq̃ perire possunt: quibus oĩa coopantur in bonuz/etiã ipsa peccata. quum enĩ cadunt non colliduntur: qz tu supponis manuz tuã: custodiens oĩa ossa/eoruz vt vnũ ex eis non cõteratur: attamen moꝛs peccatoꝛ pessima: illoruz inquã

quos anteq̃ faceres celũ et terrã: secũdum abyssum multã iudicioꝛ tuoꝛum occultoꝛ: semp aũt iustoruz prescisti ad mortẽ ẽnaz quoꝛum dinumeratio nominuz et meritoꝛ prauoꝛ apd̃ te est q numeruz arene maris dinumerasti: et dimẽsus es pfunduz abyssi: quos de reliquisti in ĩmunditijs suis: qbus oĩa coopantur in maluz: et ipsa etiam oro vtitur in peccatũ: vt si etiã vsqz ad celos ascenderĩt: et caput eoꝛum nubes tetigerit: et inter sidera celi collocauerint nidum suum quasi sterquilinium in fine perdentur.

¶ De illis qui prius sunt iusti et postea impij efficiuntur econuerso. Ca.xxix.

Magna enĩ sunt hec iudicia tua domine deꝛ: iudex iuste et fortis qui

iudicas eqtatez/et inscrutabilia facis et ꝓfunda: q̄ quum cōsidero/cōtremiscunt oīa ossa mea: qm̄ nō securatur homo viuens sup̄ fram vt seruiam⁹ tibi pie et caste cūctis diebus vite nr̄e in timore/et exultemus tibi cū tremore: vt nō sit seruitiū sine timore: neqz gaudium sine tremore: et nō glorietur accinctus eq̄ vt distīctus/neqz glorietur ante te oīs caro/sed pauescat et cōtremiscat a facie tua: quū ignoret homo vtrū amore an odio dignus sit: sed in futurū oīa reseruātur incerta/vidim⁹ enīz multos dñe/et audiuimus apatribus nr̄is: qō vtiqz sine magno tremore nō recolo/sine multo timore non ꝓfiteor/ascendisse primitus quodā modo vsqz ad celos et ink̄ sidera nidum suū collocasse: post modum aūt cecidisse vsqz ad abyssos: et aīas eorū in malis obstupu

isse/vidimus stellas de celo cecidisse/ab impetu feriētis caude draconis: et eos q̄ iacebant in puluere t̄re/a facie subleuātis manus tue dñe mirabilit̄ ascendisse vidim⁹ viuos morientes/et mortuos/a morte resurgētes: et eos q̄ ink̄ filios dei ambulabāt/in medio lapidū ignitorū quasi lutū ad nihilū defluxisse. vidim⁹ lucē obtenebrasse/et de tenebris lucez ꝓcessisse: q̄ publicani et meritrices p̄cedunt incolas in regno celorūz: filij aūt regni eiciuntur in tenebras exteriores. quare aūt ista oīa/nisi quia ī montē illū ascenderit/inquē primus ascendit angelus: et descendit diabolus. quos aūt p̄destinasti ipos et vocasti/t sanctificasti et mūdasti: vt dignū habitaculū sint tue maiestatis cuz q̄bus et in q̄bus sunt tibi delitie sancte et munde: in q̄bus tu delectaris: et letifficas

iuuentutem eorum/habitans cum eis in memoria eorum: vt ipsi templuz sanctum tuum sint: qō magne dignitatis et cōmēdatio est humanitatis nostre.

¶Quod anima fidelis sit sanctuarium dei. Ca. xxx.

ANima enī quā creasti nō ō te/sed ꝑ verbū tuū: nō ex qualibet elemēto ꝛ materia/sed ex nihilo: q̄ quidē rationalis/intellectualis spiritalis/semꝑ viuens/semꝑ in motu: quaz signasti lumine vultꝰ tui/et cōsecrasti virtute lauacri tui: ita facta est capax maiestatis tue q̄ ate solo/et a nullo alio possit ipleri. quādo aūt te habet plenū est desideriū eius: et iā nihil aliud quod desideretur/exteriꝰ restat: dū aūt aliquid exteriꝰ desiderat: manifestū est q̄ te nō habet interiꝰ/quo habito nihil est qō

vltra desideret. quū enī sis summū/et oē bonū: nō habet quod desideret amplius/sed possidet te oē bonum/quod si nō desiderat oē bonuz/restat vt desideret aliqd qō nō est oē bonū: ergo nec summū bonuz ergo nec deū/sed potius creaturā. quū aūt creaturā desiderat/continuā famē habet: q̄ licet quod desiderat ō creaturis adipiscatur/vacua tamē remanet: q̄ nihil est qō eā impleat/nisi tu ad cuius imaginē est creata. imples aūt tu eos q̄ nihil aliud desiderāt p̄ter te/et facis eos dignos te/sanctos/beatos imaculatos/et amicos ō q̄ oīa reputāt vt stercora vt lucrifaciāt te solū. hec est enī beatitudo quā homini cōtulisti: hic ē honor quo eum inter oēs creaturas/et sup oēs honorificasti: vt sit admirabile nomem tuū in vniuersa ꝛra/ecce dñe deus meus summe

Universidad de Deusto
Biblioteca

optime/oīpotentissime: inueni locum vbi tu habitas: qz in aīa quā creasti ad imaginem et similitudinem tuā q̄ te solum q̄rit et desiderat: quia non in illa q̄ te non querit nec desiderat.

Quod neqz per sensus exteriores nec interiores inueniri potest deus. Ca. xxrij.

Ego errauī sicut ouis q̄ perierat q̄rens te exterius q̄ es interius: et multū laborauī querēs te extra me/et tu habitas in me si tamē ego desiderez te. Circuiui vicos et plateas ciuitatis huius mundi q̄rens te et nō inueni: qz male querebā foris quod erat intꝰ. mi si nūtios meos oēs sensus exteriores: vt quererēt te/et nō inueni qz male q̄rebā. video enī lux mea deꝰ q̄ illuminasti me: qz male te p̄ illos querebā: qz tu es

intus: et tamē ipī vbi intraueris nescierūt. nā oculi dicunt/si colorat⁹ non fuit/p̄ nos nō intrauit. aures dicunt: si sonitū nō fecit p̄ nos non transiuit. nasus dicit si nō oluit/p̄ me non venit. gust⁹ dicit: si nō saporauit/p̄ me nō introiuit. tact⁹ etiā addit: si corpulentus nō est/nihil me de hac re īterroges. nō ista igitur sunt in te deus meꝰ. nō enī speciem corporis/nō decus tēporis/nō candorē lucis/nō colorē/non dulciū melodiay cātus/z quecūqz dulce sonantia/nō florū et vnguentoy/vel aromatum odores/nō mella vel māna gustui dilectabilia/nō cetera ad tāgendū/vel amplexādum amabilia/nec oīa alia sensibus his subiecta q̄ro/quū deum meum q̄ro. absit vt ista credideri deū meum: q̄ etiā abrutaliū sensibus cōprehenduntur. et tamē quū deum meū quero/q̄ro

S.

nihilomin⁹ quandā lucem sup omnem lucē quā non capit oculus/quandā vocem sup omnē vocez quā nō capit auris:quendā odorē sup omnē odorē quē nō capit naris:quendā dulcorē sup omnem dulcorē quez nō capit gust⁹:quendā amplexū sup omnē amplexū quem nō capit tact⁹:ista enī lux fulget/vbi locus nō capit:ista vox sonat vbi spirit⁹ nō rapit:odor iste redolet vbi flat⁹ nō spargit:sapor iste sapit vbi nō est edacitas: amplex⁹ iste tāgitur vbi non diuellitur. hic ē deus meus/et nō estimabitur alius ad illū: hoc quero quū deū meū q̄ro:istud amo quuz deum meum amo. sero te amaui pulchritudo tā antiqua/et tā noua sero te amaui: ⁊ tu intus eras et ego foris:et ibi te q̄rebā: et in ista formosa q̄ fecisti deformis irruebā. mecū eras:et ego tecuz non erā. ea

me tenebāt longe ate q̄ esse nō poterāt nisi in te. circuibā eniz oīa q̄rens te/et ppt oīa derelinquens me/interrogaui terrā si esset deus meus:et dixit mihi q̄ nō: et oīa q̄ in ea sunt/hoc idē confessa sunt/interrogaui mare et abyssos/et reptilia q̄ in eis sunt/et responderunt nō sumus deus tuus: q̄re sup nos eū. interrogaui flabilē aerē:et inquit vniuersus aer cū oībus incolis suis: fallitur anaximenes/nō sum ego de⁹ tuus. interrogaui celū/solē/lunā/et stellas: neq̄ nos sum⁹ deus tu⁹ inquunt. ⁊ dixi oībus his q̄ circustāt fores carnis mee: dicite mihi de deo meo q̄ vos nō scitis: dicite mihi aliq̄d de illo:et clamauerūt oēs voce grādi:ipe fecit nos. interrogaui p̄ inde mundi molē:dic mihi si es deus me⁹/an nō:et respondit voce forti:nō sum inquit ego: sed p̄ ipsum sum

Universidad de Deusto Biblioteca

ego: quem q̄ris in me ipse fecit me: sup̄
me q̄re eum: q̄ regit me: q̄ fecit te. ĩter=
rogatio creaturaꝝ/ ꝓfunda est cōside=
ratio ipsaꝝ: responsio earuz attestatio
ipsaꝝ de deo: qm̄ oĩa clamāt/ deus nos
fecit: qm̄ vt ait apostolus: inuisibilia
dei ꝑ ea q̄ facta sunt acreatura mundi
intellecta conspiciuntur. et redij ame
et intraui in me: et aio ad me. tu quis
es? et respōdi mihi: homo rationalis
et mortalis. et incepi discutere/ q̄d hoc
esset: et dixi: vnde hoc tale aĩal dñe deus
meus? vnde nisi abs te: tu fecisti me: et
non ego ip̄e me. quis tu? tu ꝑquem vi=
uo ego: tu ꝑquē viuunt oĩa. quis tu? tu
dñe deus meus ver⁹ et solus oĩpotens/
et et̄nus/ et incōprehensibilis et ĩmen
sus: q̄ semꝑ viuis et nihil moritur in te:
inmortalis enĩ es habitās eternitatez/
mirabilis oculis angeloꝝ: inenarrabi

lis/ inꝑscrutabilis et ĩnominabilis: de
us viuus et verus: terribilis et fortis:
nesciens prĩcipiũ neqz finē: prĩcipium
oĩuz atqz finis: q̄ es ante primordia se=
culoꝝ/ et ante oēs seculoꝝ origines. tu
es deus me⁹/ et dñs oĩum bonoꝝ q̄ cre=
asti: et apud te oĩum stabiliuz stāt cau=
se: et oĩum mutabiliũ apud te ĩmutabi
les stāt et manent origines: et oĩum ra
tionalium et irrationaliũ atqz tēpora
liũ sempit̄ne viuunt rationes. dic mi=
hi supplici seruo tuo deus me⁹/ dic mi=
sericors misero tuo: dic q̄so per misera
tiones tuas: vnde hoc tale aĩal nisi ate
deus? an quisq̄ se se faciendi erit arti=
fex? an aliunde q̄ ate trahitur esse et
viuere? nō ne tu es summũ esse/ aquo ē
oē esse? quidq̄d eniz est ate est/ qꝛ sine te
nihil est. nō ne tu es fons vite aquo flu
it oĩs vita? quicq̄d enĩ viuit/ ꝑ te viuit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ sine te nihil viuit: tu ergo dñe oīa fe
cisti: quero quis fecit me: tu dñe fecisti
me: sine quo factū ē nihil. tu factor me
us: ego opus tuū/gratias tibi ago dñe
deus meus/p quē viuo ego: et p quē oīa
viuunt: qm̄ fecisti me. grās tibi plasma
tor meus: q̄ manus tue fecerūt me/et
plasmauerunt me/grās tibi lux mea:
qm̄ illuminasti me/et inueni te/et me:
vbi inueni me/ibi cognoui me/vbi in-
uenite/ibi cognoui te: vbi aūt cognoui
te/ibi illuminasti me. grās tibi lux mea
qm̄ illuminasti me. quid/est qđ dixi co-
gnoui te: nō ne tu es deus incōprehen
sibilis et imensus: rex regū et dñs do-
minantiū: q̄ solus habes immortalitatē/
et lucē habitas inaccessibilez/quā nul-
lus hominum vidit/sed nec videre po
test: nō ne tu es deus absconditus/et im
perscrutabilis maiestatis: solus tui ipī

us maximus cognitor/et mirabilis con
templator: quis enī cognouit qđ nunq̄
vidit: dixisti enī in vitate tua: nō vide-
bit me homo et viuet. dixit et preco tu-
us p veritatē tuā: deū nemo vidit vnq̄.
quis ergo cognouit/quod nūq̄ vidit:
dixit enī veritas tua: nemo nouit filiū
nisi pat: neq̄ patrē quis nouit nisi fili
us. sola trinitas tua: soli sibi ītegre no
ta est: q̄ exuperat omnē sensum. quid ē
ergo quod dixi/homo vanitati similis
q̄ cognoui te: quis enī cognouit te nī-
si tu te: tu qppe solus deus oīpotens su
p laudabilis/et sup gloriosus/et super
exaltatus/et altissimus/et sup essentia-
lis in sanctissimis/et diuinissimis elo-
quijs nominaris: qm̄ sup omnē essenti
am intelligibilē siue intellectualē atq̄
sensibilē/et sup oē nomen qđ noīatur:
non solū in hoc seculo/sed etiā in futu

ro: sup essentialiſ/et sup intelligibiliſ esse dignoscens: quoniã sup essentiali et occulta diuinitate/sup omnẽ rationẽ/intellectũ et essentiã inaccessibiliter et imperscrutabiliſ habitas in te ipo: vbi lux inaccessibilis/et lumẽ inpscrutabile/et incõprehensibile/t inenarrabile: ad quod non attingit aliquod lumen: qm̃ incõtemplabile/et inuisibile et sup rationale/et sup intelligibile et sup inaccessibile/et sup incõmutabile/t sup incõunicabile creditur: qõ nullus vnq̃ angelor/vel hominum vidit sed nec videre potest. hoc ẽ celuz tuum dñe: celum celãs sup arcanũ sup intelligibile: sup rationale/et sup essentiale lumẽ: de quo dicitur: celũ celi dño. celum celi cui terra est oẽ celũ: qua super mirabiliſ exaltatũ est super oẽ celum: ad quod etiã fra est ipm celũ empireũ:

Hoc enĩ est celum celi dño: qz nulli notũ nisi dño: ad quod nemo ascendit nisi q̃ de celo descendit: qz nemo nouit patrem nisi filius et eoz spiritꝰ: et nemo nouit filiũ nisi paẽ et eoz spiritus. soli q̃dem tibi trinitas integre nota es trinitas sancta: trinitas sup mirabiliꝰ: et sup inenarrabiliꝰ: et sup inscrutabiliꝰ: et sup inaccessibilis/sup incõprehensibilis/sup intelligibilis/supessentialis/sup essentialiſ/exuperãs omnem sensum/omnẽ rationez/omnẽ intellectũ/omnẽ intelligentiã/omnẽ essentiã/sup celestiũ aior: quã neqz dicere/neqz cogitare/neqz intelligere/neqz cognoscere possibile est: etiã oculis angelor/vnde ergo cognoui te dñe deus altissime sup omnez terrã/sup oẽ celum: quem neqz cherubĩ pfecte cognoscunt/neqz seraphĩ: sed alis cõtemplationũ suarũ

Universidad de Deusto Biblioteca

velatur facies sedenti sup̄ soliuz excel-
sum/et eleuatū: clamātes et dicentes:
sc̄tus/sc̄tus/sc̄tus/dn̄s deus exercitu-
um: plena est oīs t̄ra gloria tua. expa-
uit ꝓpheta et dixit: ve mihi qꝛ tacui: qꝛ
vir pollutꝰ labijs ego sum. et expauit
coꝛ meuz/et dixi: ve mihi qꝛ non tacui:
qꝛ vir pollutꝰ labijs ego sum: sed dixi:
cognoui te/veruntamē dn̄e ve tacenti-
bus de te: qm̄ loquaces muti fiunt sine
te. et ego dn̄e deus meꝰ non tacebo: qm̄
fecisti me/et illuminasti me/et inueni
me/et cognoui te: qm̄ illuminasti me.
sed qualit̄ cognoui te? cognoui te inte/
cognoui te nō sicut tibi es: sed cogno-
uite sicut mihi es: et nō sine te/sed in te/
qꝛ tu es lux q̄ illuminastime. sicut enī ti
bi es soli tibi cognitꝰ es: sicut mihi es
secundū gratiā tuā/et mihi cognitus
es. sed q̄d mihi es? dic mihi misericoꝛs

famulo tuo misero: dic mihi ꝑ misera-
tiones tuas/q̄d mihi es? dic aīe mee: sa
lus tua/ego sum: noli abscondere ame
faciē tuā ne moriar. sine me loqui apd̄
misericoꝛdiā tuā/me terrā et cinerez:
sine me loq̄ apud misericoꝛdiā tuā: qm̄
misericoꝛdia tua magna sup̄ me. loq̄r
enī ad deū meum quū sim puluis et ci-
nis dic mihi supplici tuo: dic mihi mise
ricoꝛs misero tuo: dic ꝑ miserationes
tuas/q̄d mihi es? et intonasti desuper
voce grādi in īteriorem aurem coꝛdis
mei: et rupisti surditatē meā: et audiui
vocē tuā: et illuminasti cecitatez meā:
et vidi lucē tuā: et cognoui qm̄ d̄us me
us es tu. ꝓpt̄ ea dixi ꝙ cognoui te. cog
noui enī te/quoniaz deus meus es tu.
cognoui te solū verꝝ deuz et quē misisti
iesum christū. erat enī tēpus quādo nō
cognoscebā te: ve tēpoꝛe illi quādo nō

cognoscebā te/ve cecitati illi quādo nō videbā te. ve surditati illi quādo nō audiebaz te. cecus et surdus pformosa q̄ feciſti deformis irruebā: et mecū eras et tecū non erā: et ea me tenebāt longe ate: q̄ non essent nisi essent in te/illuminasti me lux mūdi/et vidi te/et amaui te. nemo q̄ppe te amat/nisi q̄ te videt: nisi q̄ te amat. sero te amaui pulchritudo tam antiqua et tam noua sero te amaui: ve tempori illi qñ non amaui te.

¶ Cōfessio ve fidei. C. xxxiij.

GRatias tibi ago lux mea q̄ illuminasti me/et cognouite. qualiſ cognoui te: cognoui te solū deum viuuz et creatorē meū. cognoui te creatorez celi et terre visibilū oīum et inuisibiuz: deum verū oīpotentē/īmortalem et inuisibilem: īcircunscriptibilē: inēminabilem: eternuz: inaccessibilē: incōprehensibilē: impscrutabilem: incōmutabilez: īmensum: infinitū: principiuz oīum visibiliuz et īuisibiliuz creaturaꝝ: pquem oīa facta sunt: p̄ quē cuncta subsistunt elementa: cuiꝰ maiestas sicut principiū nunq̄ habuit/sic nec desinet in eternū cognoui te vnū solum verū deuz eternum patrē/et filiū et spirituz sanctuz: tres q̄dem psonas/sed vnā essentiā oīno simplicē indiuisamqz naturā. et patrez a nullo: filiū apatre solo: et spirituz sanctuz pariſ ab vtroqz: absqz initio/semp̄ et sine fine deū trinuz tvnuz solū et veꝝ deuz oīpotentē: vnum vniuersoꝝ principiuz: creatorē oīum visibiliuz et īuisibiliū spiritaliū et tēporaliū: q̄ tua oīpotenti virtute simul ab initio tēporis vtrāqz de nihilo condidiſti creaturā spiritalē/et corporalem:

